quos dicūt in conſiliū io
uis adhiberi: nec inter de
os quos ſelectos vocāt fe
licitas cōſtituta ē: vt tēplū
aliq̄d ei fieret quod et loci
ſublimitate ⁊ operis digni
tate pemineret? Cur enim
nō aliquid melius: q̄ ipſi
ioui? Nā neq; etiā ioui re
gnum niſi felicitas dedit: ſi
tamē cum regnaret felix fu
it: et potior eſt felicitas re
gno. Nemo enī dubitat fa
cile inueniri hominē qui ti
meat ſe fieri regem: nullus
aūt inuenif qui ſe nolit eſſe
felicē. Ipſi ergo dij: ſi per
auguria vel quolibet mo
do eos poſſe cōſuli putāt:
de hac re cōſulerentur: vtrū
vellent felicitati loco cede
re: ſi forte aliorū edibus vel
altaribus iam fuiſſet locus
occupat⁹: vbi edes maior
atq; ſublimior felicitati cō
i ſtrueref: etiaȝ ipſe iuppiter
cederet vt ipm verticē col
lis capitolini felicitas po
tius obtineret. Non enim
quiſpiā reſiſteret felicitati:
niſi quod fieri non poteſt:
qui eſſe vellet infelix. Nul
lo modo omino ſi cōſulere
k tur faceret iuppiter quod
ei fecerunt tres dij: mars:
terminus: et iuuentas: qui
maiori ⁊ regi ſuo nullo mo
do cedere loco voluerūt.
Nam ſicut habēt eorū lit
tere: cū rex tarquinius ca

pitolium fabricare vellet:
eumq; locū qui ei dignior
aptiorq; videbatur a dijs
alijs cerneret poccupatū:
non audēs aliquid contra
deorū facere arbitriū: ⁊ cre
dens eos tāto numini: ſuo
q; principi volūtate ceſſu
ros: q2 multi erant illic vbi
capitoliū cōſtitutū eſt: per
auguriū queſiuit: vtrū cō
cedere locuȝ vellent ioui:
atq; ipi inde cedere omes
voluerūt preter illos quos
cōmemoraui: martem: ter
minū: iuuentatē: atq; ideo
capitoliū ita cōſtructū eſt
vt etiā iſti tres intus eſſent
tā obſcuris ſignis: vt hoc
vix homines doctiſſimi ſci
rent. Nullo modo igif feli
citatē iuppiter ipſe contē
neret: ſicut a termino: mar
te: iuuētate: conteptus eſt.
Sed ipi etiā qui non ceſſe
rant ioui: profecto cederēt
felicitati que illis regē fece
rat iouem. Aut ſi nō cede
rent: non id contēptu eius
facerēt: ſȝ q̄ in domo felici
tatis vel obſcuri eſſe mal
lent: q̄ ſine illa in locis pro
prijs eminere. Ita dea fe
licitate in loco ampliſſimo
⁊ celſiſſimo cōſtituta diſce
rent ciues vnde omis bo
ni voti petendū eſſet auxi
lium. Ac ſic ipſa ſuadente
natura aliorū deorum ſu
perflua multitudine dere
licta: colerefvna felicitas:
vni ſupplicaref: vnius tē
plum frequētaref a ciuib⁹
qui felices eſſe vellēt: quo
rum eſſet nemo qui nollet:
atq; ita ipſa a ſeipſa pete
retur: que ab omibus pe
tebatur. Quis enim aliq̄d
ab aliquo deo niſi felicitatē
velit accipe vel q̄d ad fe
licitatē exiſtimat ptinere?
Proinde ſi felicitas habȝ
in ptāte cū quo homie ſit:

baf in februario
dicit idem. l
Neſcio quē ſum
manū. Iſte ſum
manus fuit pluto
deus inferni fra
ter iouis maximꝰ
dictus ſumman⁹
quaſi ſumm⁹ in
ter manes id eſt
deos inferorum.
Huius feſtū ſm
ouidiū li. vj. de fa
ſtis celebrabaf in
iunio. cui templū
fuit cōſtructū eo
tempore quo ro
mani bellū geſſe
rūt ɔtra pyrrhū
regeȝ epirotarū.
Unde dicit oui
dius. Reddita
q̄ſquis is eſt ſum
mano templa fe
runf. Tunc cum
romanis pirrhe
timendus eras.
Huic aūt verbo
ouidij quiſquis
is eſt videf btūs
aug⁹ concordare
dicens l Neſcio
quē ſummanū ⁊c
tamē in hoc vidē
tur diſcordare.
quia ouidius di
cit templuȝ ſum
mano cōſtructū
tpe pyrrhi regis
q̄ fuit diu poſt re
ges exactos. tar
quinius vero rex
qui fuit prius cō
ſtruxit templū io
ui. de quo dic̄ hic
aug⁹. q̄ poſtq̄ io
ui conſtructū eſt
tēplū ſublime pe
rijt fere memoria
ſummani. Sȝ po
teſt eſſe q̄ ſicut di
cit aug⁹. poſt tē
plum illud ſolēne
iouis minus cu
rauerūt de ſum
mano ſic q̄ fere
perijt mēoria ei⁹
tēpore vero pyr
rhi regis romani
volētes q̄ memo
ria eius non peri
ret ſed renouaref
conſtruxerunt ſi
bi templū nouū.

habet autem ſi dea eſt: que
tandem ſtulticia eſt: ab ali
quo eam deo petere: quaz
poſſis a ſeipſa impetrare?
Hanc ergo ſuper deos ce-
teros honorare etiam loci
dignitate debuerunt. Si-
cut enim apud ipſos legi-
tur: romani veteres neſcio
quẽ ſummanũ cui noctur-
na fulmina tribuebant co-
luerunt magis ꝙ iouem:
ad quem diurna fulmina
pertinebãt. Sed poſtꝙ io
ui templum inſigne ac ſub
lime conſtructũ eſt: pro-
pter edis dignitatẽ: ſic ad
euz multitudo cõfluxit: vt
vix inueniat qui ſummani
nomẽ qd audire iã nõ pt:
ſe ſaltẽ legiſſe meminerit.
Si autẽ felicitas dea non
eſt: qm (quod verũ eſt) mu
nus ẽ dei: ille deus querat
qui eã dare poſſit: et deoꝝ
falſoꝝ multitudo noxia re
linquat: quã ſtultoꝝ hoim
multitudo vana ſectat: do
na dei deos ſibi faciẽs: et
ipm cuius ea dona ſunt ob
ſtinatiõe ſuperbe volũtatꝭ
offendẽs. Sic enim carere
nõ põt infelicitate q tanꝙ
deã felicitatẽ colit: et deũ
datorẽ felicitatꝭ relinquit:
ſicut carere non põt fame
qui panẽ pictum lingit et
ab homie qui veruz habet
non petit. Capi. XXIIII

Ibẽt autẽ eorũ ratio
nes ꝯſiderare. Vſqꝫ
adeo: ne inquiũt maiores
nr̃os inſipiẽtes fuiſſe cre-
dendũ eſt: vt hec neſcirent
munera diuina eſſe nõ de-
os: Sz quoniã ſciebãt ne-
mini talia niſi aliquo deo
largiẽte cõcedi: quorũ deo
rum noia nõ inueniebãt:
earũ reruz nominibꝰ appel
lebant deos: quas ab eis
ſentiebãt dari: aliqua vo-
cabula inde flectentes: ſi-
cut a bello bellonã nuncu
pauerũt non bellũ: ſicut a
cunis cuninã nõ cunam: ſi
cut a ſegetibꝰ ſegetiã nõ ſe
getẽ: ſicut a pomis pomo-
nam nõ pomũ: ſicut a bo-
bus bobonã non bouem:
aut certe nulla vocabuli de
clinatione ſicut res ipe no
minãtur: vt pecunia dicta
eſt dea que dat pecuniam:
non omnino pecunia dea
ipſa putata eſt. Ita virtus
que dat virtutẽ: honor qui
dat honorẽ: cõcordia que
concordiaz: victoria que
victoriã dat. Ita inquiũt
cum felicitas dea dicit: nõ
illa que datur: ſed numen
illud attendit a quo felici-
tas datur. Iſta nobis red
dita ratiõe: multo facilius
eis quoruz cor non nimis
obduruit: perſuadebimꝰ
fortaſſe quod volumus.

Capi. XXV

I enim
Iam humana infirmi
tas ſenſit: non niſi ab ali-
quo deo dari poſſe felicita
tem: et hoc ſenſerũt homi-
nes qui tam multos cole-
bant deos: in quibꝰ ⁊ ipm
eoruz regẽ iouem quia no
men eius a quo daretur fe
licitas ignorabãt: et ideo
ipſius rei nomine quã cre-
debãt ab illo dari eum ap
pellare voluerũt. Satis er
go indicant nec ab ipo io-
ue dari poſſe felicitatẽ quã
iam colebant: ſed vtiqꝫ ab
illo quẽ nomine ipſius co-
lendũ eſſe cenſebant. Con
firmo prorſus a quodam
deo quem neſciebãt ⁊ eos
credidiſſe dari felicitatez.
Ipſe ergo querat: ipſe co-
lat: et ſufficit. Repudiet
ſtrepitꝰ innumerabiliũ de-
moniorũ. Illi nõ ſufficiat
hic deꝰ cui nõ ſufficit mu-
nus eiꝰ. Illi inquã ⁊ nõ ſuf
ficiat ad colẽdũ deꝰ dator

Capi. XXIIII

Ibet autẽ
eorum ⁊c.
In hoc ca. oſten-
dit btũs auguſti
nus quomõ cul-
tores mltoꝝ deo
rum aſſignãt rati
ones noim qui-
bus nominãt de-
os ſuos. Dicunt
enim ꝙ nominãt
eos ab effectibus
eoꝝ. ⁊ hoc dupli
citer. qꝛ quãdoqꝫ
nominãt deũ ali-
quẽ a re quã effi-
cit. flectentes ali-
quãtulũ nomen
dei a noie ipſius
rei. ſicꝫ a bello bel
lonam nominãt
deaz belloꝝ. quã
doqꝫ vero vtunt
eodẽ nomie equi
uoce ſcilicet pro
re ipſa quã deus
dat ⁊ facit. et pro
ipſo deo vel dea.
ſicꝫ pecunia quan
doqꝫ accipit pro
ipa moneta. quã
doqꝫ pro dea que
monetã dat.

Capi. XXV

I eni iam hu-
mana ⁊c. In
hoc capi. ex ratione
nominũ quibus dij
nominant arguit bea
tus augꝰ cõtra multi
tudinẽ deorũ, ꝓbans
duo videlicꝫ eoꝝ im-
potentiã ⁊ etiã multi
tudinẽ eſſe ſuperfluã
b Neqꝫ ipſum io-
uem ⁊c. hoc dicit au-
guſtinus, ꝓpter ludos
ſcenicos qui celebra
bãtur in honorẽ deo-
rum et tamẽ ibi reci-
tabant crimina deoꝝ
⁊ ꝓcipue iouis ſũmi.
Et hoc patz ex trage
dia prima ſenece. in
qua dea iuno cõiunx
iouis de multis peli-
cibꝰ iouis ⁊ eaꝝ filijs
cõquerit. tragedie ve
ro in ſcenicis ludis re
citabãt. De crimini-
bus etiaz iouis dicit
iſidorus. viij. etymo-
logicaꝝ ſic. Hunc p̃ſi
uato titulo. i. ſingula-
ri ſibi iouem optimũ
dixerũt. dum fuiſſet
inceſtus in ſuis. impu
dicus in extraneis.
quẽ modo taurũ fin-
gunt ꝓpter europe ra
ptum. fuit enim in na
ui cuius inſigne erat
taurus. mõ danaes
per imbrẽ aureũ ap-
petiſſe cõcubitũ. vbi
intelligit pudicitiam
mulieris ab auro fuiſ
ſe corruptã. modo in
ſimilitudinem aquile
ꝓpter quod puerum
ad ſtupruz rapuerit.
modo ſerpentẽ quia
reptauerit. et cygnuz
qꝛ cantauerit. et ideo
iſte nõ ſũt figure. ſed
plane de veritate ſce-
lera. Hec iſidorus.
Quantuz ad europã
de qua loquit iſido-
rus. ſciendum ꝙ ipſe
iſidorus libro. iiij. di-
cit ꝙ europa fuit fi-
lia agenoris regis li-
bie. i. africe quã iuppi
ter ab africa raptam:
cretam aduexit. et ter
tiam partez orbis ad
eius noie appellauit.

De hoc fabula fingitur. quod iuppiter ↄuerſus in bouē pulcherrimū apparuit europe iuxta mare vbi ſolebat ſpatiari. cuius pulchritudinē admirata ⁊ tangēs dorſum eius. cū eū placidū inueniſſet aſcēdit dorſum eius qui ſtatim ingreſſus mare trāſportauit eā in cretam. Opinionē aũt aliā de raptu europe ponit aug⁹ infra lib. xviij. ca. xij. De danae vero de qua loquitur iſidorus que ſcʒ fuit vxor acriſij. dixi ſupra lib. ij. capi. vij. Puer vero quē fingitur rapuiſſe fuit ganymedes filius trois regis troianorū. de quo fingitur quod iuppiter fecit eum ſibi pincernā in celo qui ⁊ aquarius dicitur. ſcḋm ouidiū lib. iiij. de faſtis. de cui⁹ raptu loquitur etiā ouidius li. x. metamorphoſeos. Item fingitur de ioue quod ipſe cōcubuit cum leda vxore tyndari in forma cygni ⁊ genuit ex ea duos geminos ſcʒ caſtorē ⁊ pollucē. Item cum alcmena vxore amphitryonis et genuit ex ea herculem nobiliſſimum virum.

felicitatis: cui nō ſufficit ad accipiendū ipſa felicitas. Cui autē ſufficit: nō enim habet homo quid amplius optare debeat: ſeruiat vni deo datori felicitatis. Nō eſt ipſe quē nomināt iouē. Nam ſi eum datorē felicitatis agnoſcerēt: nō vtique alium vel aliā a quo daretur felicitas: nomine ipſius b felicitatis inquirerēt. Neque ipſum iouem cū tantis iniurijs colendū putarent. Iſte alienarū dicitur adulterator vxorū. Iſte pueri pulchri impudicus amator et raptor. Ca. XXVI

a Sed fingebat hec homerus ait tullius: et humana ad deos trāſferebat: diuina mallē ad nos. Merito diſplicuit viro graui diuinorum criminū poeta confictor. Cur ergo ludi ſcenici vbi hec dictitantur: cātitātur: actitātur: deorum honorib⁹ exhibētur: inter res diuinas a doctiſſimis cōſcribuntur? Hic exclamat cicero nō cōtra figmēta poetarū: ſed contra inſtituta maiorū. An nō exclamarēt et illi: quid nos fecimus? Ipſi dij iſta ſuis honoribus exhibēda flagitauerūt: atrociter imperarūt: cladem niſi fierēt prenūciarunt: quia neglectum eſt aliquid: ſeueriſſime vindicarunt: quia id quod neglectū fuerat factum eſt: placatos ſe eſſe monſtrarūt. Inter eorum cōmemoratur virtutes et miranda facta quod dicam. b Tito latino ruſtico romano patrifamilias dictū eſt in ſomnis vt in ſenatu nūciaret vt ludi romani inſtaurarētur: quod primo eorum die in quodā ſcelerato qui populo ſpectāte ad ſupplicium duci iuſſus eſt: numinib⁹ videlicet ex ludis hilaritatē querētib⁹: triſte diſplicuiſſet imperiū. Cum ergo ille qui in ſomno cōmonitus erat poſtera die iuſſa facere non auſus eſſet: ſecūda nocte hoc idem rurſus ſeueri⁹ imperatū eſt. Amiſit filiū: quia non fecit. Tertia nocte dictum eſt homini: quod maior ei pena ſi nō faceret immineret. Cum etiā ſic non auderet: in morbum incidit acrem et horribilē. Tum vero ex amicorū ſententia ad magiſtratus rem detulit: atque in lectica allatus ē in ſenatū. Expoſitoque ſomnio: recepta cōtinuo valitudine: pedib⁹ ſuis ſanus abſceſſit. Tāto ſtupefact⁹ miraculo ſenatus: quadruplicata pecunia ludos cenſuit inſtaurari. Quis non videat qui ſanum ſapit ſubditos homines malignis demonibus a quorū

Capl. XXVI

a Sed fingebat hec homer⁹ ⁊c. In hoc capi. ponit aug⁹ reſpōſionē tullij ad crimina que ioui obijciūtur. et reprobat eam. Dicit enī tullius hec fuiſſe ficta ab homero. contra quē dicit aug⁹ quod in ludis ſcenicis qui inter res diuinas ponūtur ⁊ a dijs expetuntur huiuſmodi crimina recitātur. cantātur ⁊ actitātur. id eſt per hiſtriones effigiantur geſtibus et motibus corporū. Varro aũt poſuit ludos ſcenicos vt habetur infra ca. xxxj. inter res diuinas. b Tito latino ruſtico ⁊c. quod narrat hic aug⁹ dicit titus liuius de origine vrbis li. ij. cōtigiſſe decimonono anno poſt reges exactos. Hoc etiam narrat valeri⁹ libro. j. ca. v. quod hic narrat aug⁹ et titus. videlicet quod cū ludi circenſes quodā die debebant celebrari. quidam paterfamilias ſeruum ſuum mane in eodē loco in quo debebant celebrari ſcilicet in circo verberibus ceſum duxit ad ſuppliciū anteque ludi inciperētur credēs quod in hoc nō derogaret religioni. Sed tandem poſtmodū iuppiter cuidam viro latino apparuit in ſomnis dicens ſibi ludos illos eo die celebratos diſplicuiſſe propter factū patrisfamilias. qui ſeruū ſuū ſic eo die ⁊ loco tractauit. ⁊ niſi culpa illa purgaretur inſtauratione nouorū ludorū ciuitas et hoc graue ſentiret incōmodū. Precepit igitur illi viro latino vt hec cōſulibus nūciaret. qui punitus eſt propter negligētiā ⁊ contemptū. ſicut hic recitat auguſtin⁹ et patet littera. De ludis circenſibus quales ſunt dictum eſt ſupra libro primo capitulo. xxxij. Et notandū quod quāuis ludi de quib⁹ hoc mirabile narratur fuerint circenſes ſcḋm titum liuium et valerium. Ludi vero in quibus turpia recitabantur fuerint ſcenici et non circenſes. tamen auguſtinus pro eodem habet quantū ad propoſitum pertinet vtroſque ludos. quia vtrique a dijs expetiti ſunt. ⁊ in ludis ſcenicis recitabantur turpia. in ludis vero circenſibus exercebantur quedam que videbantur inſania. et generaliter omnes ludi eorum reprehenſibiles erant.

Unde dicit iſidorus lib. viij. ethymologiarum loquēs de ludis gētilium. Hec quidē ſpectacula demonum iuſſu inſtituta ſūt. proinde nihil debz eſſe xpiano cū circenſi inſania. cum impudicitia theatri. cum amphitheatri crudelitate. cū atrocitate arene.

¶ Ca. XXVII

Relatū eſt in litteris ꝛc. In hoc capi. reprobat beatus aug⁹ doctores romanoꝝ. qui nitūtur ipſam veritatem de diis ab eorum cultorib⁹ celare et falſitatib⁹ quibuſdā ſeducere. q̄les erant ſceuola pontifex et varro. qui d̄ diis multa ſcripſerūt falſa in excuſationē deoꝝ quos tamen excuſare nō pōt quādiu ludi auctoritate maioꝝ. diis celebrabāt in quib⁹ eoꝝ crimina decantabant. De ſceuola

dominatiōe nō liberat niſi gratia dei per ieſum chriſtum dn̄m noſtrū vi compulſos eſſe exhibere talibus diis: que recto cōſilio poterant turpia iudicari. In illis certe ludis poetica numinū crimina frequētant: qui ludi cogētib⁹ numinibus: iuſſu ſenatus inſtaurabant. In illis ludis corruptorem pudicitie iouem: turpiſſimi hiſtriones cantabāt: agebāt: placabant: ſi illud fingebat: ille iraſceret. Si autē ſuis criminib⁹ etiā fictis delectabatur: quādo coleret: niſi diabolo ſeruiret? Ita ne iſte romanū cōderet: dilataret: cōſeruaret imperiū: quouis romano cui diſplicebāt talia abiectior? Iſte daret felicitatē: qui tam infeliciter colebat: et niſi ita coleretur: infelicius iraſcebatur.

¶ Capi. XXVII

a Relatū eſt in litteris doctiſſimū pontificē ſceuolam diſputaſſe ꝛ tria genera tradita deorū: vnū a poetis: alterū a philoſophis: tertiū a principib⁹ ciuitatis. Primū genus nugatoriū dicit eſſe: q multa de diis fingātur indigna. Secundū nō cōgruere ciuitatib⁹ q habeat aliqua ſuperuacua: aliqua etiam que obſint populis noſſe. De ſuperuacuis non magna cauſa eſt. Solet enim
b ꝛ a viris peritis dici: ſuperflua non nocēt. Que ſunt aūt illa: que ꝓlata in multitudine nocent?
c Hec inquit nō eſſe deos herculē eſculapiū: caſtorem: pollucem. Proditur enim a doctis q homines fuerint: et humana cōditione defecerint. Quid aliud ēē q eorū qui ſint dii nō habebāt ciuitates vera ſimulachra q verus deus nec ſexū habeat: nec etatē: nec definita corporis membra. Hec pōtifex noſſe populos nō vult: nā falſa eſſe ſi putat. Expedire igitur exiſtimat falli in religione ciuitates. Quod dicere etiam in libris rerum diuinarū ipſe varro nō dubitat. Preclara religio: quo cōfugiat liberādus infirmus: et cum veritatē qua liberet inquirat: credat ei expedire q fallit. Poeticū ſane deoꝝ genus cur ſceuola reſpuat eiſdez litteris nō tacet: q̄a ſic videlicz deos deformāt: vt nec bonis hominib⁹ cō
d parent: cū aliū faciūt furari: aliuz adulterari. Sic itē inquit aliq̄d aliter turpiter atq̄ inepte dicere aut fa
e cere: tres inter ſe deas certaſſe de p̄mio pulchritudinis: victas duas a venere
f troiā euertiſſe: iouem ipm cōuerti in bouē aut cygnū
g vt cū aliqua cōcūbat: deā
h homini nubere: ſaturnum filios deuorare. Nihil deniq̄ poſſe cōfingi miraculorū atq̄ vitiorū quod nō ibi reperiat: atq̄ a deoruz natura longe abſit. O ſceuola pontifex maxime: ludos tolle ſi potes: precipe populis ne tales honores diis immortalib⁹ deferāt: vbi crimina deoruz libeat mirari: et que fieri poſſunt placeat imitari. Si autē tibi reſponderit ꝑplus: vos nobis importaſtis iſta pōtifices: deos ipos roga quibus inſtigantib⁹ ipſa iuſſiſtis: ne talia ſibi iubeāt exhiberi. Que ſi mala ſunt: et ꝓpterea nullo modo de deorū maieſtate credēda: maior eſt deorum iniuria: de quibus impune fingūtur. Sed nō te audiūt: demones ſunt: praua docēt:

de q̄ hic fit mentio dicit valerius libro. viij ca. viij. cum bene ac diu iura ciuiū et cerimonias deoꝝ ordinaſſet.
b ¶ Superflua nō nocēt. Solet dicere iuriſperiti q abundās cautela nō nocet quia de ſupabūdanti poteſt q̄s accipere illud quod eſt ſibi neceſſarium et reſiduū ſi videatur relinquere.
c ¶ Hec inquit nō eſſe deos ꝛc. Hic tangit aug⁹ ea que ſceuola docuit eſſe i dict. philoſophoruz ſuperflua. videlicz q hercules ꝛ caſtor ꝛ pollux d̄ quibus ſupra capi. xxv. dixi. Similiter eſculapius de quo ſupra libro iij. ca. xij. dixi. ꝛ tales non erant dii. ¶ Aliud eſt ſuperfluuz videlicet q eoruz qui ſunt dii veri ciuitates non habent ſimulachra cōuenientia. eo q dii non habent ſexus nec maſculinuz. nec femininū. nec etatem iuuenilē. nec ſenilem. nec corporis mēbra. ſicut ſimulachra repreſentant.
¶ d Cum alium faciāt furari. ſalicz mercuriū quem fingunt deum furum. aliū adulterari ſicut iouem ꝛ martem vt ſuperi⁹ in hoc libro dictum fuit.
e ¶ Tres inter ſe deas ꝛc. de iſto certamine dearum dixi ſupra libro primo. capi. iij. et libro. iij. capi. xxv.
f ¶ Iouem ipſum cōuerti in bouem ꝛc. De iſtis que tangūt iouem dixi ſupra ca. xxv.
g ¶ Deam homini nubere. De hoc dixi ſupra lib. iij. ca. iij.
h ¶ Saturnum filios deuorare. ꝛc. Hanc fabulaz narrat ouidius libro. vj. de faſtis. Iſidorus vero libro. viij. ethymologiarū dicit q ſaturnus a temporis longitudine dicitur. eo q

ſaturetur annis. Vn
de greci dicũt ipm eſ
ſe tempus. qđ filios
ſuos deuorat, hoc eſt
annus quos produ
cit in ſe reuoluit. vel
quia ſemina vnde ori
untur iterũ redeunt.
De hoc augꝰ infra li
bro. vj. capi. viij.

Capi. XXVIII

a Nullo igit mo
do dij tales q
talibꝰ placant ⁊c. In
hoc capi. cõcludit. b.
augꝰ ex prius oſten
ſis ꝙ dij multi nõ po
tuerunt augere impe
rium. et hoc etiã con
firmat. quia ſi potuiſ
ſent potius auxiſſent
imperium grecorum
qꝛ greci ludis ſceni
cis deos melius colu
erunt. ſicut ſupra li. ij
capi. xiij. oſtendit. b.
augꝰ. b Quãuis
deum aurinũ non co
lerẽt ⁊c. De deo eſcu
lano id eſt deo ęris et
deo argentino et au
rino dixit augꝰ ſupra
libro iſto capi. xxj.

Capi. XXIX

a Nam illud qua
le eſt ⁊c. In
hoc capitu. reprobat
beatus augꝰ auguria
vel auſpicia romano
rum et ꝓcipue auſpi
cium illud de quo ſu
perius libro iſto ca.
xxiij. dictũ eſt. Voca
tur autẽ auſpiciũ di
uinatio quę ſolet fieri
in principio alicuius
operis ſeu anteqꝫ in
choetur opus de euẽ
tu futuro. et ſolebat
iudiciũ de euentu fu
turo ſumi ex inſpecti
one auiũ. ⁊ ideo dicit
auſpiciũ. quaſi auis
ſpiciũ id eſt inſpectio
auium. Auguriũ ve
ro dicebat omnis di
uinatio ſũpta ex gar
ritu auium. Auſpi
cium vero dicebatur
ſolum quod fiebat in
principio vt dictum

turpibus gaudẽt: nõ ſolũ
nõ deputãt iniuriam ſi de
illis iſta fingãtur: ſed eam
prorſus iniuriaꝫ ferre non
poſſunt: ſi per eorũ ſolen
nia non agant. Iam vero
ſi aduerſus eos iouem in
terpelles: maxime ob eam
cauſaꝫ quia eius plura cri
mina ludis ſcenicis actitã
tur: nõne etiam ſi deum io
uem nũcupatis a quo re
gitur totus atqꝫ admini
ſtrat hic mũdus: eo illi fit
a vobis maxima iniuria ꝙ
eum cum iſtis colendũ pu
tatis: eorumqꝫ regem eſſe
perhibetis? Ca. XXVIII

a Nullo igit modo dij
tales qui talibꝰ pla
cant vel potius accuſant
honoribꝰ: vt maius ſit cri
men ꝙ eis falſis oblectan
tur: qꝫ ſi de illis vera dice
rent: romanuꝫ imperiũ au
gere ⁊ ꝯſeruare potuiſſent.
Hoc enim ſi poſſent: grę
cis potius donũ tam gran
de conferrẽt qui eos in hu
iuſcemodi rebus diuinis
hoc eſt ludis ſcenicis ho
norabilius digniuſqꝫ colu
erunt: quãdo et morſibus
poetarũ quibus deos di
lacerari videbãt: ſe nõ ſub
traxerũt: dando eis licen
tiam male tractãdi hoĩes
quos liberet: et ipſos ſcę
nicos nõ turpes iudicaue
runt: ſed dignos etiaꝫ prę
claris honoribꝰ habuerũt.
Sicut aũt potuerũt aureã
pecuniam habere romani
b quãuis deũ aurinũ nõ co
lerẽt: ſic et argenteã habe
re potuerũt ⁊ ęream: ſi nec
argentinũ nec eius patreꝫ
colerẽt ęſculanũ: ſic oĩa
quę retexere piget. Sic er
go ⁊ regnũ inuito quidem
deo vero nullo modo ha
bere poſſent: dijs vo iſtis
falſis ⁊ multis ignoratis ſi
ue contẽptis: atqꝫ vno illo

cognito et fide ſincera ac
moribꝰ culto: et melius hic
regnũ haberẽt quãtũcũqꝫ
haberẽt: ⁊ poſt hoc accipe
rent ſempiternum: ſiue hic
haberẽt ſiue nõ haberẽt.

a Nam illũd Ca. XXIX
quale eſt qđ paulo
ante commemoraui: pul
cherrimũ auſpicium fuiſſe
dixerũt: martẽ ⁊ terminũ:
et iuuentatẽ: nec ioui regi
deorꝫ loco cedere voluiſſe.
Sic enĩ inquiũt ſignifica
tum eſt martiã gentẽ id eſt
romanã nemini locuꝫ quẽ
teneret daturã: romanos
quoqꝫ terminos ꝓpter deũ
terminũ neminem cõmo
turum: iuuẽtutẽ etiã roma
nam ꝓpter deam iuuẽtatẽ
nemini eſſe ceſſurã. Vide
ant ergo quomõ habeant
iſtum regẽ deorũ ſuorũ et
datorẽ regni ſui: vt ei au
ſpicia iſta pro aduerſario
ponerẽt: cui nõ cedere pul
chrũ eſſet: quãqꝫ hęc ſi ve
ra ſunt: non habẽt oĩno
quid timeãt. Non enĩ cõ
feſſuri ſunt ꝙ dij ceſſerunt
chriſto: qui ioui cedere no
luerũt. Saluis quippe im
perij finibꝰ: chriſto cedere
potuerũt: et de ſedibus lo
corum: et maxime de cor
de credentiũ. Sed anteqꝫ
chriſtus veniret in carne:
anteqꝫ iſta deniqꝫ ſcriberẽ
tur quę de libris eorũ pro
ferimꝰ: ſed tamẽ poſtea qꝫ
factum eſt ſub rege tarqui
b nio illud auſpiciũ: aliquo
tiens romanus exercitus
fuſus eſt: hoc eſt verſus in
fugam: falſumqꝫ oſtendit
auſpiciuꝫ ꝙ iuuentas illa
c non ceſſerit ioui: et gens
martia ſuperantibus atqꝫ
irrumpẽtibꝰ gallis in ipſa
vrbe cõtrita eſt: et termini
d imperij deficiẽtibꝰ multis ab
hãnibale ciuitatibꝰ in an
guſtũ fuerãt coartati. Ita

eſt. et ideo auſpi
ciũ quãdoqꝫ po
nitur pro princi
pio vel inchoati
one alicuius rei.
Et facit augꝰ hic
duo. qꝛ primo re
probat illud au
ſpiciũ quo ad ſui
totalitatem. Se
cundo ibi. ſed an
teqꝫ xpus veniſ
ſet ⁊c. reprobat
ipſum quãtũ ad
oẽs ſui partes.
Reprobat autẽ
ipm primo indi
ſtincte ſm ſui to
talitatẽ dupliciſ.
tum quia ſi auſpi
cium illud veruꝫ
eſſet tunc habue
runt iouẽ pro ho
ſte et aduerſario.
quia interpretati
ſũt ꝙ ideo mars
terminꝰ et iuuen
tas id eſt dea iu
uenum non ceſſe
runt ioui. qꝛ per
hoc ſignat ꝙ ro
mani non cede
rent hoſtibꝰ ſuis.
Tum quia ſi au
ſpicium fuit verũ
tũc chriſtiani nõ
expulerũt deos.
nec etiam artaue
runt termios im
perij. et per cõſe
quẽs non habẽt
materiã detrahẽ
di tẽporibꝰ chri
ſtianis. b Ali
quotiẽs romanꝰ
exercitꝰ fuſus eſt
⁊c. De hoc dictũ
eſt ſupra libro. iij
capi. xxvij. c
Et gens martia
ſuperãtibus ⁊c.
Gens romana di
cebatur martia.
qꝛ bellicoſa fuit.
mars autẽ eſt de
us belli. et qꝛ ro
mulum cõditorẽ
vrbis romanę di
xerunt ex marte
genitũ. Quomõ
vero cõtrita fuit
a gallis dictũ fu
it ſupra libro ſe
cundo. capi. xvij.
d Deficiẽtibus

euacuata eſt pulchritudo auſpicioꝝ: remanſit cōtra iouem cōtumacia nō deorum
e ſ3 demonioꝝ. Aliud eſt enī nō ceſſiſſe: aliud vnde ceſſeras rediſſe. Quāꝗ etiā poſtea i orietalibꝰ par-
f tibus hadriani voluntate mutati ſunt termini imperij romani. Ille nāq3 tres ꝓuincias nobiles: armeniam: meſopotamiā: aſſyriam perſarū conceſſit imperio: vt deus ille terminꝰ qui romanos termios hui iſtos tuebat: ⁊ ꝑ illud pulcherrimū auſpiciuꝫ loco non ceſſerat ioui: plus hadrianū regē hominū ꝗ regem deoꝝ timuiſſe videa-
g tur. Receptis quoq3 alio tempore ꝓuincijs memorat nr̄a pene memoria retrorſus terminus ceſſit: qñ
h iulianus deoꝝ illoꝝ oraculis deditus: immoderato auſu naues iuſſit incendi: quibꝰ alimonia portabat: qua exercitus deſtitutus mox etiā ipſo hoſtili vulnere extinctꝰ: in tantā eſt redactus inopiā vt inde nullus euaderet: vndiq3 hoſtibus incurſantibus: milite imperatoris morte turbato: niſi placito pacis illic imperij fines conſtituerentur: vbi hodieq3 perſiſtūt:
i nōn quidem tanto detrimēto quantuꝫ conceſſerat hadrianus: ſed media tātum compoſitione defixi. Vano igit augurio deus terminꝰ nō ceſſit ioui q ceſſit hadriani volūtati: ceſſit
k etiam iuliani temeritati: et

multis ⁊c. De hoc dictū fuit ſupra libro. iij. capi. xix.
e Aliud eſt enī nō ceſſiſſe ⁊c. Hic excludit quandam reſpōſionē. Poſſent enī dicere ꝙ termini nō ceſſerūt: q2 licet ad tempus termini romani imperij artati fuerint. deficientibꝰ aliquibꝰ ciuitatibꝰ a romanis, tñ romani poſtmodū illas recuperauerūt. Hanc reſpōſionē excludit. b. augꝰ dicēs. aliud ē nō ceſſiſſe aliud vnde ceſſerāt rediſſe.
f Hadriani voluntate ⁊c. iſte fuit elius hadrianus q immediate ſucceſſit traiano in imperio. Traianus vero ſicut narrat eutropius lib. viij. vſq3 ad indię fines et mare rubrum acceſſit. atq3 ibi tres ꝓuincias fecit. armeniam. aſſyriam ⁊ meſopotamiam. Idem fecit de dacia ⁊ alijs multis terris. Hadrianus ꝟo ſucceſſor eius glorię ⁊ felicitati traiani inuidens armeniam aſſyriā ⁊ meſopotamiā reuocauit in priſtinū ſtatū: ac finē imperij eſſe voluit eufratē fluuiū. Idē de dacia facere cogitauerat: ſ3 amici eius euꝫ deterruerūt ne multi ciues romani barbaris traderēt.
g Receptis quoq3 alio tēpore ⁊c. prouincia vna ſc3 aſſyria videt fuiſſe recepta id eſt recuperata tpe marcij antonij veri imperatoris. de quo dicit eutropius li. viij. ꝙ ſeleuciam aſſyrię vrbē nobiliſſimā cū quadringentis milibus hominū cepit. parthicū triūphū egit. Alia vero prouincia ſc3 meſopotamia videt recepta tempore galieni imperatoris. nā eius tpe ſicut narrat eutropius li. ix. cū ipſe imperator rempublicā deſereret in oriente odenachū: perſę victi ſunt defenſa ſyria recepta meſopotamia. Et ſic per odenachū in oriente romanū imperiū defenſum eſt. Tertia vero prouincia ſc3 armenia videt recepta tpe diocleciani. nā eius tēpore ſicut narrat eutropius lib. ix. galerius maximus cum narſeo hormiſdę et ſaporis auo in armenia maiore pugnauit ſucceſſu ingenti. nam pulſo id eſt fugato narſeo. caſtra eius diripuit. vxores. ſorores. liberos cepit: et infinitā perſarum nobilitatē et ipſum in vltimi regni ſolitudines egit.
h Quādo iulianus ⁊c. Iſte fuit iulianus apoſtata qui fuit ꝓpinquus temporibꝰ auguſtini. ⁊ ſimiliter iouinianus qui iuliano immediate ſucceſſit. nam iulianus incepit regnare ſm oroſium anno ab vrbe condita milleſimocenteſimo ſedecimo. iouinianus vero milleſimocenteſimo decimoſeptimo Arcadius vero et honorius quorū temporibꝰ fuit auguſtinus inceperūt regnare anno ab vrbe condita milleſimocenteſimo quadrageſimonono. Et ideo dicit auguſtinus hic ꝙ artatio terminorum imperij pene ſua memoria facta fuit. quā artationē iouinianꝰ neceſſitate ductꝰ fecit. ſ3 iulianus illius neceſſitatis cauſa fuit. De quo iuliano ſciēdū ꝙ iulianus fuit peſſimꝰ idolatra. demones. magos. ariolos frequenter ꝯſulēs. Vnde cū inſtaret bellum quod infeliciter geſſit contra perſas. ſicut narrat ſocrates i tripartita hiſtoria apud carram ciuitateꝫ in templo vbi occulte ſacrificauerat anteq3 in expeditioneꝫ illius belli iret inuēta fuit mulier capillis ſuſpenſa extenſis brachijs et vtero aperto in cuius iecore victoriam ſibi deberi aſpexit. In palatio vero ſuo apud antiochiam inuentę ſunt ciſtę multę plenę capitibꝰ mortuoꝝ. Sicut etiam narrat in vitiſpatrū ipſe demonē miſit in occidētem ad ſciſcitādū euētū belli. q precibꝰ cuiuſdā heremitę decē diebꝰ cōtinue in oratione ꝑſiſtētis impeditꝰ eſt ne ꝓcederet. tñ ſic narrat ſocrates reſpōſum demonis habuit huiuſmodi. Nunc omnes aggredimur deę victorię trophea referētes. circa flumē ateri horū ego dux ero. belligerator mars. Et fuerunt iſta verba demonis in perſona ſua ꝓpria et alioꝝ demonū. Vnde iulianus certus factus ꝙ oīa ſibi ꝓſpere in illa expeditiōe ſuccederēt. ſicut dicit hic augꝰ immoderato auſu naues quibꝰ victualia exercitui ſuo portabāt ſuccēdit. quaſi certus ꝙ in terris hmōi ſatis abundaret. Hoc etiā narrat augꝰ infra li. v. ca. xxj. Et feſtus dictator idē narrat. Fuerūt aūt naues in flumine eufrate quibꝰ iulianus ſuū traduxerat exercitū vt ſubito ciuitatē cteſiphontē caperet. S3 ſicut narrat oroſius li. vij. poſtq3 a cteſiphōte caſtra mouit dolo cuiuſdam q ad ipm trāſfugit in deſertū ꝓductus vbi cū vi ſitis ⁊ ardore ſolis atq3 inſup labore arenaꝝ cōfectus periret exercitꝰ et ipſe imꝑator per vaſta deſerta incautius euagat a quodā equite hoſtiū ſibi obuio conto percuſſus interijt. Eutropiꝰ vero q in illo bello dicit ſe fuiſſe pñtē narrat li. x. dū incōſultius bellis ſe inſerit hoſtili manu interfectꝰ eſt. vj. kalēdas iulij. In vita ſancti baſilij legit ꝙ quidā miles nomine mercurius mortuus ⁊ ſepultꝰ a btā virgine miſſus eſt ad eū iterficiēdū quod ⁊ fecit.
i Nō quidē tāto detrimēto ⁊c. ſ3 dic q2 hadrianꝰ tres ꝓuincias ſpōte dimiſit. quaꝝ vna fuit meſopotamia. Iſte ꝟo ſolū partē vnā meſopotamię et oppidū ꝑſarū cōceſſit. per cōpoſitionē inter ipm ⁊ regē ꝑſaꝝ.
k Et iouiniani neceſſitati ⁊c. De iouiniano q ⁊ xpianus erat narrat oroſius li. vij. ꝙ in iſto diſcrimie in q fuit exercitꝰ romanꝰ a iuliano in deſertis locis derelictꝰ ipſo mortuo creatus eſt imperator, qui ⁊ locorum iniquitate

captus et hoſtibus circũſeptus cũ nullã videret euadẽdi facultatẽ: fedus cum ſapore rege perſarũ et ſi parũ vt putãt dignũ ſatis tñ neceſſariũ pepigit. Ut enĩ ipm cũ exercitu tam ab hoſtiũ ꝙ etiã locoꝝ periculo ſapoꝛ rex perſarum liberaret. niſibiq; oppidũ et partem ſuperioris meſopotamie iouinianus perſis conceſſit.

Capi. XXX

Cicero augur ⁊c̃. In hoc capi. btũs aug⁹ arguit cõtra modũ colendi deos per dicta ciceronis. Et facit ĩ hoc capitulo duo. q2 primo oſtẽdit ꝙ ſimpliciter loquẽdo auctoritas ciceronis ſit inualida ad aliqd certitudinalit̃ ꝓbãdũ in hac materia. Secũdo ibi diſputat apud eũ ⁊c̃. recitat dicta ipſius que ſunt ad ꝓpoſitũ. quia ſufficientis auctoritatis eſt apud eos contra quos arguit. Inſufficiẽtiã vero auctoritat' dictoꝝ tullij ciceronis oſtẽdit dupliciter. primo qa facta ſua repugnãt dictis. q2 cũ ipſe fuerit etiã viſus augurijs tñ irridet auguria. Unde primo libro de diuinatiõe inducit duos ſc3 carneadẽ et paneciũ velut irriſorie querentes vnde iuppiter cornicẽ a leua et coruum a dextera canere iuſſiſſet. Hoc querebãt. q2 coruus ẽ aptiſſim⁹ ad auguria ⁊ pretendit felix auguriũ. cornix vero infelix. ſi vterq; canat a dextris. ſi a ſiniſtris eſt econuerſo ſ̃m opinionẽ augurũ. Secũdo arguit inſufficiẽtiã auctoritatis tullij q2 ipſe tanꝙ achademicus negat omnẽ certitudinẽ cognitiõis. Dicũtur autẽ achademici philoſophi quidã qui nihil certum eſſe dicebãt. ſic dicti ab achademia villa platonis. vel ab achademica ſchola platonis vbi incepit philoſophia iſta. Iſti vero fuerũt achademici noui. inter quos et achademicos veteres qualis ſit diſtinctio. patet infra li. xix. ca. ij. Contra achademicos vero iſtos ſcripſit aug⁹ tres libros. b Diſputat apud eũ ⁊c̃. conſuetudo ciceronis eſt in libris ſuis inducere alios loquẽtes in hoc imitatus platonẽ qui idem facit. In ſecundo igit̃ libro de natura deorũ inducit quintũ lucilium balbum diſputantem ⁊ loquentẽ. cuius verba licet videãtur dicta in perſona quinti lucilij tamẽ in rei veritate ſunt ipſius tullij. Et ſciendum ꝙ beatus aug⁹ in iſto capitulo ponit duas auctoritates tullij: quaꝝ prima incipit ibi. videris ne igit̃ ⁊c̃. finis eius excluſiue. Ecce interim ⁊c̃. Et habẽtur li. ij. de na

Roma.

iouiniani neceſſitati. Uiderunt hec intelligẽtiores grauioreſq; romani: ſ3 cõtra cõſuetudinẽ ciuitatis q̃ demoniacis ritibus fuerat obligata: parũ valebãt q2 et ipſi etiã ſi illa vana eſſe ſentiebãt: nature tamẽ rerum ſub vnius veri dei regimine atq; imperio cõſtitute: religioſum cultũ qui deo debet̃ exhibendũ putabãt: ſeruiẽtes: vt ait apoſtolus creature potius ꝙ creatori qui eſt benedict⁹ in ſecula. Huius veri dei erat auxiliũ neceſſariũ: a quo mitterent̃ ſancti viri ⁊ veraciter pij: qui pro vera religione moꝛerent̃: vt falſa a viuẽtib⁹ tolleretur.

Ca. XXX

a Cicero augur irridet auguria: ⁊ reprehẽdit hoĩes corui ⁊ cornicule vocib⁹ vite cõſilia moderantes. Sed iſte achademicus qui oĩa eſſe cõtendit incerta: indign⁹ eſt qui habeat vllã in his rebus auctoritatẽ. b Diſputat apud eum quintus lucilius balbus in ſecũdo de deorũ natura libro: ⁊ cum ipſe ſuperſtitiões ex natura rerum velut phyſicas ⁊ philoſophicas inſerat: indignat̃ tamẽ inſtitutiõi ſimulachroꝝ: et opinionib⁹ fabuloſis ita loquẽs. Uideris ne igit̃ vt a phyſicis rebus bñ atq; vtiliter inuẽtis: ratio ſit tracta ad cõmenticios ⁊ fictos deos? Que res genuit falſas opiniones: erroreſq; turbulẽtos: et ſuperſtitiões pene aniles. c Et formẽ enĩ nobis deorũ et etates et veſtitus ornatuſq; noti ſunt: genera preterea: coniugia: cognationes: omniaq; traducta ad ſimilitudinẽ imbecillitatis humane: nã ⁊ perturbatis animis inducunt̃. d Accepimus enĩ deorũ cupiditates: egritudines: iracundias. e Nec vero vt fabule ferunt dij bellis prelijſq; caruerũt. Nec ſolũ vt apud homerum duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderẽt: ſed etiã

Tullius de natura deorum. 2.

tura deorũ parum ante finẽ. Quod autẽ hic dicit̃ ⁊ cũ ipſe ſuperſtitiões ex naturis rerum ⁊c̃. eſt auguſtini reprobantis ciceronẽ in hoc ꝙ cicero reprobat ſuperſtitiones vulgi et ipſemet tamẽ multas ſuperſtitiões inſerit in libro ſuo. ſ; eas inſerit tanꝙ phyſicas ⁊ ex philoſophia naturali ortum habẽtes quas aug⁹ ſupra libro iſto ca. ix. x. xj. xij. et xiij. reprobauit. Superſtitio autẽ vocat̃ omnis cultus ſuperfluus quocũq; mõ ſuperfluus ſiue ex ſuperfluitate eorũ que coluntur. ſiue eorũ que in cultũ aſſumunt̃. ſiue ex modo aſſumendi. Hoc enĩ iſtud intelligit̃ noĩe ſuperſtitiõis. vndecũq; nomẽ originẽ habuerit. de quo diuerſimode ſentiunt ſcriptores. vt infra iam dicetur. Et opponit̃ ſuperſtitio religioni. ſicut vitium quod conſiſtit in ſuperabundãtia opponitur virtuti. ſicut ꝓdigalitas liberalitati. c Et Forme enim ⁊c̃. hoc dicit tullius vel interrogatiue vel ironice. quaſi dicens. Iſta ſunt nobis ignota. Et ideo qui ſimulachra ad illoꝝ imitationẽ faciũt. et genealogias deorum affirmãt male errant. d Accepimus enim ⁊c̃. Ea que hic tangit tullius accepit ex cõmuni opinione vulgi ⁊ ſcripture poetaꝝ que de dijs nõ ſunt credẽda. e Nec vero vt fabule ferunt ⁊c̃. Reprobat tullius fabulas poetarũ qui fingunt deos belligeraſſe ſicut homerus fingit de bello troiano. ꝙ dij troianoꝝ zelabãt pro troianis cõtra grecos. et dij grecoꝝ pro grecis cõtra troianos. et defendit quilibet partem ſuã. Unde ex parte grecorũ fingunt̃ fuiſſe iuno et neptunus. ex parte troianorũ venus cũ alijs dijs amicis ſuis. ſicut patet per virgilium. x. eneidos in multis locis. et de hoc etiã tactum fuit ſupra li. j. capi. iij. De bello etiã deorũ cõtra ſe inuicẽ ꝓ partib⁹ quas fouebãt facit virgilius mentionẽ li. ij. eneidos. Et ouidius loquẽs de hectore troiano. xij. metamorphoſeos dicit ſic. Hector adeſt ſecũq; deos in prelia ducit. Et eodẽ mõ finxerũt poete ꝙ dij bellabãt cõtra gigãtes q̃ titanes dicti ſũt. Ipſi enĩ vt fingit̃ volẽtes deos de celo pellere accumulabãt

Homerus in Iliade.

cū titanis aut cū gigātibꝰ ſua ꝓpria bella geſſerunt. Hec ⁊ dicunt ⁊ creduntur ſtultiſſime: ⁊ plena ſūt vanitatꝭ ſummeq; leuitatis.
f Ecce interim q̄ cōfitent q̄ defendūt deos gētiū. Deinde cū hec ad ſuꝑſtitionē ꝑtinere dicat: ad religionē vero quā ipe ſcḋm ſtoicos
g videt docere. Nōn eī philoſophi ſolū inq̇t: verū etiā maiores nr̄i ſuꝑſtitionē a religione ſeparauerūt. Nā q̄ totos dies ꝑcabant ⁊ immolabāt vt ſibi ſui liberi ſuꝑſtites eēnt: ſuꝑſtitioſi ſūt
h appellati. Quis nō intelligat eū conari dū cōſuetudinē ciuitatis timet religionē laudare maioꝝ: eāq; a ſuꝑſtitōne velle ſeiungere: ſed quō id poſſit nō inuenire? Si eī a maioribꝰ illi ſūt appellati ſuꝑſtitioſi: q̄ totos dies ꝑcabāt ⁊ imolabāt: nūquid ⁊ illi q̄ inſtituerunt qḋ iſte reꝑhendit: deoꝝ ſimulachra diuerſa etate: ⁊ veſte diſtincta deorū genera: ꝯiugia: cognationes? Hec vtiq; cū tanq̄ ſuꝑſtitioſa culpant: implicat iſta culpa maiores taliū ſimulachroꝝ inſtitu-
i toreſ atq; cultores: iplicāt ⁊ ſeipm̄ q̄ quātolibet eloquio ſe in libertatē nitatur euoluere: neceſſe habebat iſta venerari: nec qḋ ī hac diſputatione diſertus inſonat: mutire auderet in populi cōcione. Agamꝰ itaq; chriſtiani dn̄o deo nr̄o
k gratias: nōn celo ⁊ terre ſicut iſte diſputat: ſed ei qui fecit celum ⁊ terrā: qui has
l ſuꝑſtitiones quās iſte balbus velut balbutiens vix reprehēdit: ꝑ altiſſimā xp̄i humilitatē: ꝑ apl'orū ꝑdicationē. ꝑ fidē martyrū ꝓ veritate morientiū: ⁊ cum veritate viuentiū: nō ſolū in cordibꝰ religioſis: verū etiā in edibꝰ ſuꝑſtitioſis libera ſuorum ſeruitute ſubuerterit.

Ca. XXXI

a Quid ipſe varro quē dolemꝰ in rebꝰ diuinis ludos ſcenicos q̄uis nō iudicio ꝓprio poſuiſſe cū ad deos colendos multis locis velut religioſus hortet? Nōne ita ꝯfitetur: nō ſe illa iudicio ſuo ſequi

mōtes ſuꝑ mōtes: vt in celū aſcenderēt: ſed eos iuppiter fulmine interfecit. Hanc fabulā ponit ouidiꝰ libro vj. de faſtis circa principiū. Et Yſidorus eam tāgit libro. ix. etymologiaꝝ capl'o. ij. in fine: ⁊ ſolinꝰ vbi loq̇t de macedonia dicit ꝙ rumor eſt ꝙ ī phlegra vbi poſtmodū ꝯſtructuꝫ eſt caſtrū vel oppidū ſic appellatuꝫ fuit predicta pugna: eo ꝙ ibi inueniunt oſſa humana enormis magnitudinis: q̄ credunt fuiſſe gigātium. ⁊ ſaxa imania cū quibꝰ credunt hoīes ꝙ gigantes celuꝫ oppugnaſſent: f Ecce interiꝫ que ⁊c. Iſta ſunt verba auguſtini qui ponderat verba tullij. g Nō eniꝫ philoſophi ſolū ⁊c. hic ponit auguſtinꝰ aliam auctoritatē tullij ⁊ ſunt verba tullij vſq; ad illud excluſiue: quis nō intelligat. In quibus docet tulliꝰ vnō venit nomē ſuꝑſtitionis: et q̄ primo dicebant ſuꝑſtitioſi. lactantius xv° libro. vj. inſtitutionum dicit ꝙ religio ē veri cultus: ſuperſtitio falſi. Lucretiꝰ vero dicit ſic. Superſtitioſi vocantur qui nō filios ſuꝑſtites optāt. omnes eī optamus: ſed aut qui ſuperſtitem memoriā defunctoꝝ colūt. aut qui ꝑentibꝰ ſuis ſuꝑſtites colebant imagines eoꝝ domi tanq; deos penates: nā qui nouos ſibi ritꝰ aſſumebāt vt in deoꝝ vices mortuos honorarēt: quos ex hoībus in celū receptos putabant: hos ſuperſtitioſos vocabant. hos vero qui publicos ⁊ antiquos deos colebant religioſos nominabant. Unde virgilius. Una ſuꝑſtitio veterūq; ingrata deorum: Hec lucrecius. A. Gellius vero libro. iiij. dicit ſic. Religioſum eſt quod ꝓpter ſanctitatē aliquā remotū ac ſepoſitum eſt a nobis: verbum a relinquendo dictum. h Quis nō intelligat ⁊c. Iſta ſūt verba auguſtini in quibus oſtendit ꝙ tullius timore ductus nititur laudare religionem maiorum id eſt antiquorum ⁊ potentiorum romanorum: vt eam a ſuperſtitione diſtingueret cum tamen non poſſet. Nam ex verbis tullij haberi poteſt ꝙ maiores erant ſuꝑſtitioſi ⁊ non religioſi. Uolebat autem ſeparare religionē maiorum a ſuperſtitione: ⁊ ideo oſtendit qui ſcḋm maiores dicātur ſuꝑſtitioſi: Et ſi tales ſolū eſſent ſuperſtitioſi qui pro filijs vt ſint ſuperſtites ſic imolant vt dicunt excuſari poſſent a ſuperſtitiōe maiores. Sed quia vt patet in prima auctoritate tullij ipſe vocat ſuperſtitiones ſimulachroruꝫ inſtitutiones ⁊ cōiugia deoꝝ ⁊ huiuſmodi ī quibus maiores erant ꝑncipales: patet ꝙ tullius non ſufficienter excuſat maiores a ſuperſtitutionibus ſed potius accuſat. i Implicat et ſeipm̄. vult auguſtinꝰ dicere ꝙ tullius implicat ſeipſuꝫ ſuperſtitionis culpa quia licet videat loqui libere id eſt plenam veritatem contentaꝫ exprimere contra ſimulachra deorum ⁊ hoc libros ſcribendo. tamen in publico coram populi multitudine non fuiſſet auſus talia mutire: nec etiam ſimulachra non venerari. k Non celo et terre ⁊c. Hoc ideo dicit auguſtinus: q2 tulliꝰ vt ſupra in hoc capitulo dixit auguſtinꝰ. cultum deoruꝫ reducit ad quaſdam rationes phyſicas: qui autem ſic faciūt ponūt ionem celum: ⁊ iunonem aerem: ⁊ plutonem terram vel iouē totius mundi animū cuius quaſi vna pars in terra alia ī celo ſit: vt ſupra dictuꝫ eſt in hoc libro capitulo. ix. et capitulo. x. Et ideo illi adorant celum ⁊ terram. l Quas iſte balbus ⁊c. hoc dicit auguſtinus alludendo illi quod dixit in principio huius capituli ſcilicet ꝙ tullius inducit balbum diſputantem in libro de natura deorum. Eſt enim hoc nomē balbus equiuocum ad proprium nomen cuiuſdam quem tullius loquentem inducit: et ad balbutientem. Et innuit auguſtinus ꝙ ille fuit balbus nomine ⁊ etiam re id eſt balbutiens in materia de qua loquebatur.

Capitulū. XXXI

a Quid ipſe varro ⁊c. In hoc capitulo reprobat beatus auguſtinus modum colendi plures deos per auctoritatem varronis qui de rebus diuinis multa ſcripſit: et cuius auctoritas apud romanos magna fuit. Et adducit hic mlta de varrone: ex quibꝰ patet ꝙ male ſenſit de his q̄ tenet vulgus de dijs. ⁊ quid ipe varro ſentiat

que ciuitatē romanā inſti-
tuiſſe cōmemorat: vt ſi eā
ciuitatē nouā cōſtitueret:
ex nature potius formula
deos noīa qȝ deorū ſe fuiſſe
dedicaturū nō dubitet cō
fiteri. Sed iam qm̄ in vete
re populo eēt acceptū: ab
antiquis nominū ⁊ cogno
minū hiſtoriā tenere vt tra
dita eſt debere ſe dicit: et
ad eū finē illa ſcribere ac ꝑ
ſcrutari: vt potiꝰ eos magꝭ
colere q̄ deſpicere vulgus
velit. Quibꝰ verbis hō acu-
tiſſimꝰ ſatis indicat non ſe
aperire oīa que nō ſibi tātū
contēptui eſſent: ſ etiā ipſi
vulgo deſpiciēda videren
b tur niſi tacerent. Ego iſta
cōiicere putari debui: niſi
euidēter alio loco ipe dice
ret de religionibꝰ loquens
multa eſſe vera q̄ non mō
vulgo ſcire nō ſit vtile: ſed
etiā tametſi falſa ſūt: aliter
exiſtimare populū expedi
c at: et iō grecos theletas ac
myſteria taciturnitate pie-
tibuſqȝ clauſiſſe. Hic certe
totū cōſiliū ꝑdidit velut ſa
pientiū: ꝑ quos ciuitates et
populi regerent. Hac ta-
men fallacia miris modis
maligni demones delectā
tur: qui ⁊ deceptores ⁊ de
ceptos pariter poſſident: a
quorū dñatiōe nō liberat niſi
gratia dei ꝑ ieſum chriſtū
dñm noſtrum. Dicit etiā
idē auctor acutiſſimꝰ atqȝ
doctiſſimus: qui hi ſoli ei vi
deant animaduertiſſe qd
eſſet deus: qui crediderūt
eū eſſe animā: motu ac ra-
tione mundū gubernantē
ac ꝑ hoc ⁊ ſi nōdū tenebat
qd veritas habet: deꝰ eñ
verus nō anima: ſ aīe quo
qȝ eſt effector ⁊ cōditor: tñ
ſi contra ꝑiudicia cōſuetu-
dinis liber eſſe poſſet: vnū
deū colēdum fateret atqȝ
ſuaderet motu ac ratione
mundū gubernantē: vt ea
cū illo de hac re queſtio re
maneret: q eū diceret eſſe
aīam nō potiꝰ ⁊ anime cre
atorē. Dicit etiā antiquos
romanos pluſqȝ annos cē
tum ⁊ ſeptuaginta deos ſi
ne ſimulachro coluiſſe. Qd
ſi adhuc inqt manſiſſet: ca-
ſtius dij obſeruarent. Cuiꝰ
ſententie ſue teſtē adhibet
inter cetera etiam gentē iu
deā: nec dubitat eū locū
ita cōcludere: vt dicat: qui
primu ſimulachra deorum
populis poſuerūt eos ciui
tatibus ſuis ⁊ metum dem
pſiſſe ⁊ errorem addidiſſe:
prudenter exiſtimās deos
facile poſſe in ſimulachro-
rum ſtoliditate contemni.
Quod vero nō ait errores
tradiderūt ſed addiderūt:
iam vtiqȝ fuiſſe etiā ſine ſi-
mulachris intelligi vult er
rorem. Quapropter cum

de deo. b Ego iſta coniicere ⁊c̃. Vult dicere q ea q̄
imediate ante dixerat de mēte varronis debuerat credi
q ſolū ex cōiectura q̄dā ⁊ coniiciēdo mētē varronis dixiſ
ſet: niſi ad hoc haberet expſſe dictū varronis qd euident
indicat mentē eiꝰ. c Et ideo grecos ⁊c̃. Thelete ſūt
purgationes quedā
d quibꝰ infra libro. x
caplo. ix. plꝰ dicetur
Myſteria vocantur
ſacra ſecreta. Iſta di
cit varro grecos taci
turnitate ⁊ parietibꝰ
clauſiſſe. Taciturni-
tate quidē vt nō lice-
ret de eis loqui: parieti
bus vt nō pateret ni-
ſi certis locis ⁊ perſo
nis eorū inſpectio.
Quantū ad taciturni-
nitatem ſciēdū q tri-
plex videt fuiſſe cau-
ſa quare volebāt de-
mones ⁊ ſacerdotes
deorū occultari thele
tas ⁊ myſteria. Vna
cauſa fuit: quia facili
ter poterant errores
cōuinci: ſi licuiſſet pu-
blice d eis loqui ⁊ di-
ſputaſſe. Alia fuit q̄
inter illa myſteria cō
tinebantur origines
deorū ⁊ vere cōditio-
nes eorū que coleban
tur: puta qualis fuit
iuppiter ⁊ quis ⁊ quō
primo incepit coli et
ſic de aliis diis. Si
ꝯo talia fuiſſent i po
pulo diuulgata con-
tempſiſſet deos: ⁊ ſic
fuiſſet omnis metus
deorū ablatꝰ. qd rei-
publice ⁊ cōmuni cō
uictui hominū pluri
mū nocuiſſet. Et pro
pter hoc ſicut dicit ti
tus liuiꝰ de vrbis ori
gine libro primo. nu
ma pompilius ſūme
neceſſariū credebat
timorē deorū popu
lo iniiciēdū. Tertia
a.26 cauſa fuit quia pur-
gationes quaſdā fa-
ciebant in occulto et
ſacrificia quedam ne
fanda omnino que
populus horruiſſet: ſi ad eius noticiam perueniſſet. Im-
molabant eñ in occulto ſepiſſime infantes ⁊ mulieres ꝑ
gnantes: ⁊ multa alia horrenda ad placandū demones i
occulto fecerunt. ſicut patet de iuliano ceſare ſupra capi-
tulo. xxix. Et narrat etiā euſebius de imperatore maxentio
qui mulieres nobiles ꝑgnātes ad hoc queſiuit ⁊ eas me-
dias diuiſit ⁊ in extis infantiū diuinationes q̄ſiuit. Et iō
ſacerdotes ſumme cauebāt ne ipſorū myſteria ⁊ thele-
te ꝑderent. Propter qd ⁊ ſimulachrū quoddā erat fe
re in omni tēplo vbi colebat iſis ⁊ ſerapis qd digito
labiis impſſo monere videbat vt ſilentiū fieret: vt. ſ.
homines eos fuiſſe taceret vt habet infra libro. xviii.
capitulo. v. Et ſi
cut dicit beatus
augꝰ infra libro
xviii. capitlo. iii.
capitali crimine
apd egyptios re
us fiebat quicun
qȝ iſidē filiā ina-
chi hoīem fuiſſe
dicebat. Et hec eti-
am demones ipſi
modis variis ꝓ-
curabant. Vnde
narrat macrobo
bius ſup ſomniū
ſcipionis de nu-
menio philoſo-
pho qui erat oc-
cultorū curioſus
ꝑſcrutator: q cū
eleuſina ſacra. i.
ſacra oppidi eleu
ſini interꝑtando
vulgaſſet: q̄ fue-
runt ſacra cereris
⁊ ꝓſerpine: de hoc
poſtmodū i ſom
nis acriter corre-
ptus eſt. nā dee
eleuſine apparue
rūt ſibi in ſomno
in habitu mere-
tricio: ⁊ an̄ apertū
lupanar ſtantes.
Cunqȝ admira-
retur quia hoc non
videbat cōueni-
ens numinibꝰ et
cauſam quereret
reſponderunt ſi-
bi dee irate: ſe ab
ipſo habitu pudi
citie ſue vi abſtra
ctas ⁊ paſſim ab-
eūtibꝰ ꝓſtitutas.
Similiter ⁊ apd
romanos valde
erant clauſa my-
ſteria deorū. Nā
refert valerius li
bro primo capi-
tulo pmo: q tar-
quinius rex ro-
manorum marcum duumuirum cullio inſutum tanq̄
parricidam in mari proiici iuſſit eo q librum ſue cu-
ſtodie commiſſum in quo continebantur ſecreta ſacro
rum ciuilium petronio ſabino tranſcribendum dediſ-
ſet. Et dicit valerius q iuſtiſſime hoc factum eſt: quia
pari vindicta parentum ac deorum violatio expian-
da eſt.

Capi. XXXII a Dicit etiā d generationib⁹ deorꝫ zc. In h capitulo oſtēdit beatus aug⁹ quō nō ſolū demones ſ₃ etiā ꝑſoꝝ pn̄cipes ſub iectos ſuos i cultu deorꝫ errare fecerit. b Magis ad poetas zc. Diſtinctio inter iſtos quo ad deorū cultū patet ex his q̄ dicit auguſtin⁹ ſupra caplo xxvij. h⁹ libri.

ſolos dicit animaduertiſſe quid
eſſet de⁹: qui eū crederet animā
mundū gubernātē: caſtiuſq₃ exi
ſtimat ſine ſimulachris obſeruari
religionē: q̄s nō videat quantū
ꝓpinquauerit veritati? Si enim
aliquid ꝯtra vetuſtatē tanti poſ
ſet erroris: ꝑfecto ⁊ vnū deum a
quo mundū crederet gubernari
⁊ ſine ſimulachro colendū eſſe cē
ſeret: atq₃ in tā ꝓximo inuentus:
facile fortaſſe de anime mutabili
tate cōmoneret: vt naturā pot⁹
incōmutabilē que ipam quoq₃
animā cōdidiſſet: deū verū eſſe
ſentiret. Hec cū ita ſint: q̄cunq₃
tales viri in ſuis litteris multorū
deorū ludibria poſuerūt: ꝯfiteri
ea pot⁹ occulta dei volūtate cō
pulſi ſūt: q̄ꝫ pſuadere conati. Si
qua igit̄ inde a nobis teſtimonia
ꝓferunt: ad eos redarguēdos ꝓ
ferunt: qui nolūt aduertere q̄ quā
ta ⁊ q̄ꝫ maligna demonū poteſta
te nos liberet ſingulare ſacrificiū
tam ſancti ſanguinis fuſi: ⁊ donū
ſpiritus impartiti. Ca. XXXII

a Dicit etiā de generationib⁹
b deorꝫ magis ad poetas: q̄ꝫ
ad phyſicos fuiſſe populos incli
natos: ⁊ ideo ⁊ ſexum et genera
tiones deorꝫ maiores ſuos: id eſt
veteres crediddiſſe romanos: ⁊ eo
rū ꝯſtituiſſe ꝯiugia. Quod vtiq₃ nō
aliā ob cām factum videt̄: niſi q2
hoim velut prudentiū ⁊ ſapienti
um negociū fuit populū in religi
onib⁹ fallere: ⁊ in eo ipo nō ſolū
colere ſ₃ imitari etiā demones: q̄
b⁹ maxia eſt fallendi cupiditas.
Sicut enī demones niſi eos q̄s
fallēdo deceperint poſſidere nō
poſſūt: ſic ⁊ hoies pn̄cipes nō ſa
ne iuſti ſ₃ demonū ſiles ea q̄ va
na eē nouerūt religionis noie po
pulis tanq̄ꝫ vera ſuadebāt: h mō
eos ciuili ſocietati velut arti⁹ alli
gātes: q̄ ſiliter ſbditos poſſiderēt
Quis aūt infirm⁹ ⁊ indoct⁹ eua
deret ſimul fallaces ⁊ pn̄cipes ci
uitat̄: ⁊ demones? Ca. XXXIII

Capi. XXXIII a Deus igit̄ ille felicitatis zc. In h capitulo aug⁹ cōcludit ex p̄i⁹ oſtenſis q̄ vn⁹ ver⁹ deus eſt q̄ dat regna tēporalia q̄bus vult: q̄nq₃ iuſt̄ q̄nq₃ iniu ſtis: ⁊ cauſam quare dat iniuſtis aſſignat.

a Deus igitur ille felicitat̄ au
b ctor ⁊ dator: q2 ſolus eſt ve
rus de⁹: ipe dat regna terrena et
bonis ⁊ malis: Neq₃ hoc temere
⁊ quaſi fortuitu: q2 de⁹ eſt: nō for
tuna ſ₃ ꝓ rerū ordine ac tempore
occulto nobis: notiſſimo ſibi: cui
tn̄ ordini tēpoꝝ nō ſbdit⁹ ſeruit:
ſ₃ eū ipe tanq̄ꝫ dn̄s regit: modera
torq₃ diſponit: felicitatē vo non
dat niſi bonis. Hanc enim poſ
ſunt habere et non habere ſerui
entes: poſſunt et nō habere ⁊ ha
bere regnantes. Que tamen ple
na in ea vita erit vbi iam nemo
ſeruiet vlli. Et ideo regna mun
di hui⁹ de⁹ bonis ⁊ malis cōiter
preſtat: ne boni ea tanq̄ꝫ dei ma
gna munera ꝯcupiſcāt. Et ideo
regna terrena ⁊ bonis ab illo dā
tur ⁊ malis: ne eius cultores ad
huc i ꝓuectu animi paruuli: hec
ab eo munera quaſi magnum ali
q̄d ꝯcupiſcāt. Et h eſt ſacramētū
veter̄ teſtamēti: vbi occultū erat
nouū: q̄ illic ꝓmiſſa ⁊ dona t're
na ſūt itelligēb⁹ ⁊ tūc ſpiritalib⁹
q̄uis nōdū in manifeſtatione ꝑ
dicantib⁹: ⁊ q̄ illis tpalib⁹ rebus
ſignificaret̄ eternitas ⁊ in quibus
dei donis eſſet vera felicitas.

Capi. XXXIIII a Itaq₃ vt cognoſceret̄ zc. In h capitlo aug⁹ oſtēdit quomodo verus deus manifeſtauit ſe eſſe dominū oīm tpalium ⁊ non alium. Et duo facit q2 primo oſtēdit ꝓpoſitū ſuū p ea q̄ de⁹ fec̄ populo iudaico ipm fouendo. Scḋo ibi etſi nō in eū zc. aſſignat rationē ⁊ cauſā q̄re deus populū illū deſeruit ipm ꝑ orbē diſpergēdo. Facit aūt aug⁹ in hoc capitulo d mlt̄ diis mētionē q̄rū noīa ⁊ officia eorū ſupius caplo. x⁹. expoſuit. Et patet ex his q̄ h dic q̄d ſit vn⁹ cuiuſq₃ eoꝝ officiū.

a Itaq₃ vt cog. Ca. XXXIIII
noſceret̄ etiā illa t'rena bona
quib⁹ ſolis inhiāt qui meliora co
gitare nō poſſūt ⁊ in ipius vnius
dei eſſe poſita poteſtate: nō i mul
torū falſoꝝ quos colēdos roma
ni ante crediderūt: populum ſuū
in egypto de paucisſimis mltipli
cauit: ⁊ inde ſignis mirabilibus Exo. j
liberauit. Nec lucinā mulieres il
le inuocauerunt: q̄n eaꝝ ptus vt
mirīs modis mltiplicarent̄: ⁊ gēs
illa incredibilit̄ creſceret ab egy
ptioꝝ pſequentiū ⁊ infantes oēs
necare volentiū manibus ipe li
berauit: ipe ſuauit. Sine dea ru
mina ſuxerūt: ſine cunina in cu
nis fuerūt: ſine edulica ⁊ potina
eſcam potūq₃ ſumpſerūt: ſine tot
diis puerilib⁹ educati ſunt: ſine
diis cōiugalibus coniugati: ſine
cultu priapi cōiugib⁹ mixti: ſine
inuocatōe neptuni mare tranſeū Exo. 14
tib⁹ diuiſū patuit: ⁊ ſeq̄ntes eoꝝ

inimicos fluctibus in ſe redeũtibus ob-
ruit. Nec ↄſecrauerũt aliquã deam man-
nam quando de cęlo mãna ſumpſerunt:
Exo. 17 nec q̃n ſitientibus aquã ꝑcuſſa petra ꝓfu
dit: nymphas lymphaſq; coluerũt. Sine
inſanis ſacris martis ⁊ bellonę bella geſ-
ſerunt: ⁊ ſine victoria quidẽ nõ vicerunt:
nõ eã tñ deã ſꝫ dei ſui munꝰ habuerũt. Si-
ne ſegetia ſegetes: ſine bobona boues:
mella ſine mellona: poma ſine pomona.
Et ꝓrſus oĩa ꝓ quibꝰ tantę falſoꝝ deoꝝ
turbę romani ſupplicandũ putauerũt: ab
vno vero deo multo fęlicius acceperunt.
Et ſi nõ in eũ peccaſſent impia curioſita-
te: tanq̃ magicꝪ artibꝰ ſeducti ad alienos
deos: et ad idola defluendo: ⁊ poſtremo
chriſtum occidẽdo: in eodẽ regno ⁊ ſi nõ
ſpatioſiore tñ fęliciore manſiſſent. Et nũc
ꝙ per omnes fere terras genteſq; diſper-
ſi ſunt: illius vnius veri dei ꝓuidẽtia eſt:
vt ꝙ deorum falſoruꝫ vſq;quaq; ſimula-
chra: arę: luci: templa euertunt ⁊ ſacrifi-
cia ꝓhibent: de codicibꝰ eorum ꝓbetur:
quẽadmodũ hoc fuerit tanto ante ꝓphe-
tatum: ne forte cũ legeret in noſtris a no-
bis putaret eſſe confictũ. Iam qđ ſequit
in volumine ſequenti videnduꝫ eſt: ⁊ hic
dandus huius ꝓlixitatis modus.

Explicitus eſt liber quartus

Incipiũt capitula libri quinti.

i Cauſam romani imperij omniũq; regnoꝝ nec fortuitam eſſe nec in ſtellarum poſitione ↄſiſtere.

ij De geminorũ ſimul diſſimiliq; valitudine.

iij De argumẽto qđ ex rota figuli nigidius mathematicus aſſumpſit in queſtione geminoꝝ.

iiij De eſau ⁊ iacob geminis multum inter ſe morum ⁊ actionũ qualitate diſparibus.

v Quibꝰ modis cõuincant mathematici vanã ſcientiã ꝓfiteri.

vj De geminis diſparis ſexus.

vij De electione diei quo vxor ducit quoue in agro aliquid plãtatur aut ſeritur.

viij De his qui nõ aſtrorũ poſitioneꝫ ſed cõnexionẽ cauſaꝝ ex dei volũtate pendentẽ fati nomine appellant.

ix De pręſcientia dei ⁊ libera hominis voluntate contra ciceronis definitionem.

x An voluntatibus hoĩm aliqua dominetur neceſſitas.

xj De vniuerſali ꝓuidẽtia dei cuius legibꝰ oĩa continent.

xij Quibꝰ moribꝰ antiqui romani meruerũt vt deꝰ verus quãuis non eũ colerẽt eoꝝ augeret imperium.

xiij De amore laudis q̃ cũ ſit vitiũ ob hoc virtꝰ putatur qꝛ ꝑ ipm vitia maiora cohibent.

xiiij De reſecãdo amore laudis humanę quoniã iuſtoꝝ gloria omnis in deo ſit.

xv De mercede tꝑali quã deꝰ reddidit bonis moribꝰ romanoꝝ.

xvj De mercede ſanctoꝝ ciuiũ ciuitatis ęternę quibꝰ vtilia ſũt romanoꝝ exempla virtutũ.

xvij Quo fructu romani bella geſſerit ⁊ quãtũ his q̃s vicere ↄtulerint.

xviij Q̃ꝫ alieni a iactantia debeant eſſe chriſtiani ſi aliq̃d fecerint ꝓ dilectiõe ęternę patrię: cũ tãta romani geſſerint ꝓ humana gloria et ciuitate terrena.

xix Quõ inter ſe differant cupiditas glorię ⁊ cupiditas dñatõis.

xx Tam turpiter ſuire ṽtutes humanę glorię: q̃ꝫ corporis voluptati.

xxj Romanũ regnũ a deo ṽo eſſe diſpoſituꝫ a q̃ eſt omnis poteſtas ⁊ cuiꝰ ꝓuidẽtia regunt vniuerſa.

xxij Tempora exituſq; belloruꝫ ex dei pendere iudicio.

xxiij De bello in q̃ rhedagaiſus gothorum dęmonũ cultor vno die cuꝫ ingentibus copijs ſuis victꝰ eſt.

xxiiij Que ſit xpianoꝝ imperatoꝝ ⁊ q̃ꝫ vera felicitas.

xxv De ꝓſperitatibꝰ quas cõſtantino imꝑatori chriſtiano deꝰ ↄtulit.

xxvj De fide et pietate theodoſij auguſti.

xxvij Cõtra inuidos inuectio auguſtini qui ſcripſerunt contra ęditos iam libros.

Incipit liber quintus. Ca. i

a Quoniā cō‑stat omniū rerū optan‑darū plenitudinē esse felicitatem que nō est dea ſ donū dei: ⁊ iō nullū deū colēdū esse ab hoībus nisi q̄ pōt eos facere felices. b Unde ē si illa dea esset sola colēda merito diceret: Jā cōseqnt̄ videam⁹ q̄ cā de⁹ q̄ pōt ⁊ illa bona dare q̄ habere pñt etiā nō boni: ac p hoc etiā nō felices: c rōmanū impiū tā magnū tanq̄ diuturnum esse voluerit. Quia em̄ h deoꝝ falsoꝝ illa quā colebāt multitudo nō fecit: ⁊ mlta iā diximus ⁊ vbi visū fuerit oportunū cē dicem⁹. d Cā ḡ magnitudinis imperij romani nec fortuita est: nec fatal̄ scđm eoꝝ sniam siue opinionē q̄ ea dicūt cē fortuita: q̄ vl̄ nullas causas hñt: vl̄ non ex aliq̄ rationabili ordine venientes: ⁊ ea fatalia q̄ p̄ter dei ⁊ hoīm volūtatē cuiusdā ordinis necessitate ꝯtingūt. Prorsus diuina ꝓuidētia regna ꝯstituunt̄ hūana. Que si ꝓpterea q̄s q̄s fato tribuit: q: ipām dei volūtatē vl̄ ptātem fati nomine appellat: sniā teneat linguā corrigat. e Cur em̄ n̄ h p̄mū dicat qđ postea dictur⁹ ē: cū ab illo q̄s q̄s q̄sierit qđ dixerit fatū: Nā id hoīes qñ audiunt vsitata loquēdi cōsuetudine non intelligūt nisi vim positionis siderū: qualis ē qñ q̄s nascit̄ siue cōcipit̄: qđ aliq̄ alienāt a dei volūtate: aliqui ex illa etiā hec pēdere ꝯfirmāt. Sed illi q̄ sine dei volūtate decernere opināt̄ sidera: q̄d agamus: vl̄ q̄d bonoꝝ habeam⁹ maloꝝue patiamur: ab aurib⁹ oīm repellēdi sunt. Nō solū eoꝝ q̄ verā religionē tenēt: sed qui deoꝝ qualiūcūq̄ licz falsoꝝ: volūt esse cultores. Hec em̄ opinio quid agit aliud: nisi vt nullus oīno colat̄ aut rogetur deus: Cōtra quos modo nobis disputatio nō est instituta: ſ ꝯtra eos qui ꝓ defensione eoꝝ q̄s deos putant: xp̄iane religioni aduersant̄. Illi vō q̄ positioni stellaꝝ quodamodo decernētiū qualis quisq̄ sit: ⁊ q̄d ꝓueniat boni: q̄due mali accidat: ex dei voluntate suspēdūt: si easdē stellas putāt habere hāc potestatē traditā sibi a sūma illi⁹ ptāte: vt volentes ista decernāt: magnā celo faciunt iniuriā: in cui⁹ velut clarissimo senatu: ac splendissima curia opināt̄ scelerā faciēda decerni: q̄lia si aliqua terrena ciuitas decreuisset: genere humano decernēte fuerat euertenda. Quale deinde iudiciū de

a Quoniā constat omniū rerū c. [Ca. I] ⁊c. Hic incipit liber quintus in quo beatus aug⁹. ostendit que fuerit causa ⁊ ratio quare de⁹ romanoꝝ imperiū auxerit ⁊ auctū conseruauerit ⁊ habet liber iste. xxvij. capl'a. In quoꝝ primo duo facit: q: primo ostēdit intentionē suā in hoc libro. secūdo ibi. Causa ergo magnitudis. incipit suā intentionē ꝓsequi. b Uñ si illa dea ⁊c. hoc dicit, quia vt dictum fuit supius libro q̄rto romani posuerūt felicitatē deam q̄ndā c Romanū imperiū ⁊c. de cui⁹ magnitudine certū est q̄ tota europa ⁊ africa: et tota fere asia pro aliquo tp̄e fuerūt ei subiecte: pz autem expssius ei⁹ magnitudo ex ꝓuinciis ei sbiectis: de quib⁹ est liber festi dictatoris romanoꝝ in q̄ etiā patet q̄ nūq̄ habuit dñium simpliciter totius orbis: de diuturnitate vero ei⁹ vsq̄ ad tp̄s augustini dictum fuit libro quarto caplo. vj. d Causa ḡ magnitudis ⁊c. Hic incipit ꝓsequi suum intentū in h libro. ⁊ icipit tractare de fato vt oñdat q̄ augmētū romani impij non sit fato ascribēdum. sed diuine ꝓuidētie: ⁊ p̄mo ostēdit q̄d significat̄ nomie fati. ⁊ quō a fortuna distinguit̄. scđo ibi illi ḡ q̄ positionē stellaꝝ ⁊c. destruit fatū in ea significatione acceptū qua mathematici de fato loquunt̄. e Cur em̄ nō hoc primū ⁊c. vult dicere beatus aug⁹ q̄ si quis vult oīa fato attribuere: q: p fatum intelligat dei volūtatē aut ptātem: sicut dicit seneca vt allegat beat⁹ aug⁹. infra caplo. viij. ipse debet in principio dicere illud quod postea esset dictur⁹ si interrogaret̄ scilicet quid intelligat p fatū: ⁊ causam assignat quare debet hoc in principio dicere: quia hoc nomen fatū aliter sonat apud cōmunē vsū loquentiū: dicūt em̄ mathematici q̄ fatū est vis positōis siderū in natiuitate vel ꝯceptiōe alicuius. Sciendū est q̄ alio modo accipit̄ hoc nomen fatū: nā boetius libro. iiij. de consolatiōe pħie: dicit q̄ mens diuina in sue simplicitatis arce composita multiplicem rebus gerendis modum statuit. Qui modus cū in ipsa diuine intelligentie puritate conspicitur ꝓuidentia nominatur Cum vero ad ea que mouet atq̄ disponit refertur fatum a veteribus appellatur. nam prouidentia est illa ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta qui cuncta disponit: fatū vero inherens mobilibus rebus dispositio per quam ꝓuidentia suis queq̄ connectit ordinibus ꝓuidentia nanq̄ cūcta pariter quamuis diuersa queq̄ infinita complectitur. fatū vero singula dirigit i motu locis formis ac tempoꝛib⁹ distributa: vt h temporalis explicatio in diuine mentis adunata prospectu prouidentia sit. Eadem vero adunatio digesta atq̄ explicata tempoꝛib⁹ fatum vocet̄. A. Gellius vero libro. v. dicit q̄ chrysippus stoice pħie princeps diffinit fatum sic. Fatū est sempiterna q̄dam et indeclinabilis reꝝ series et catena voluens seipam ⁊ implicans per eternos cōsequentie ordines: ex quibus apta atq̄ nexa est. tamen sicut dicit. A. gellius chrysippus non ꝓpter h negat liberū arbitriū: q̄uis ex fato scđm ipm ꝓueniat q̄nq̄ difficultas ad bonū faciēdū. Poete vō fingūt tria fata scilicet principium mediū ⁊ finē vite humane: Nā clotho regit principium lachesis mediū atropos finem.

hominū factis deo relinquit: quibus celestē necessitas adhibet: cū dn̄s ille sit ⁊ siderū ⁊ hoīm. Aut si nō dicūt stellas accepta quidē potestate a summo deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa complere: ita ne de ipo sentiendū est: quod indignissimū visum est de stellarum voluntate sentire? Qꝫ si dicūtur stelle significare poti⁹ ista q̄ facere: vt quasi locutio quedā sit illa positio predicēs futura nō agēs: nō eni mediocriter doctorꝝ hominū fuit ista sententia: nō quidē ita solēt loq̄ mathematici: vt verbigr̄a dicāt: mars ita posit⁹ homicidā significat: sed homicidā nō fac. Verūtū vt ɔcedam⁹ nō eos vt dn̄t loq̄: ⁊ a philosophis accipe oportere sermonis regulā: ad ea p̄nūcianda: q̄ i siderū positione se putāt reperire: q̄d sit de q̄ nihil vnq̄ dicere potuerunt: cur in vita geminorꝝ: in actionib⁹ ⁊ in euētis: in ꝓfessionib⁹: artib⁹: honorib⁹: ceterisq̄ reb⁹ ad humanā vitā ptinētib⁹: atq̄ in ipa morte sit plerūq̄ tāta diuersitas: vt similiores eis sint q̄ntū ad hec attinet: multi extranei q̄ ipi inter se gemini: ꝑ exiguo tpis interuallo i nascēdo separati: in ɔceptu aūt ꝑ vnū ɔcubitū vno etiā momēto seminati?

Ca. ii

Cicero dicit hippocratē nobilissimū medicū scriptū reliquisse: q̄sdā fratres cū simul egrotare cepissent: ⁊ eorꝝ morbus eodē tpe ingrauesceret: eodē leuaretur: gemios suspicatum. Quos possidoni⁹ stoic⁹ multū astrologie dedit⁹: eadē ɔstitutiōe astrorꝝ natos: eadēq̄ ɔceptos solebat asserere. Ita q̄ medic⁹ ptinere credebat ad simillimā tēperiē valitudis h̄ phūs astrolog⁹ ad vim ɔstitutionēq̄ siderū q̄ fuerat q̄ tpe ɔcepti natiq̄ sūt. In hac cā multo ē acceptabilior ⁊ de ꝓximo credibilior ɔiectura medicinal: q̄m parentes vt erāt corpe affecti dū ɔcūberēt: ita p̄mordia ɔceptorꝝ affici potuerunt: vt ɔsecuti ex materno corpe priorib⁹ incremētis paris valitudīs nascerent: deinde i vna domo eisdē alimētis nutriti: vbi aerē ⁊ loci positionē: ⁊ vim aquarꝝ plimū valere ad corp⁹: vl' bn̄ vel male accipiēdū medicina testat: eisdē etiā exercitatiōib⁹ assuefacti tā similia corpa gererēt: vt etiā ad egrotandū vno tpe eisdemq̄ causis silr mouerent. Cōstitutiōnē vo celi ac siderū que fuit qn̄ ɔcepti siue nati sūt: velle trahere ad istā egrotādi paritatē: cū tā multa diuersissimi generis diuersissimorꝝ affectuū et euētuū eodē tpe in vni⁹ regionis terra eidē celo subdita: potuerit cōcipi ⁊ nasci: nescio cui⁹ sit insolentie. Nos aūt nouim⁹ gemios nō solū act⁹ ⁊ peregrinationes habere diuersas: verꝝ etiā dispares egritudines ppeti. De q̄ re facillimā quantum mihi videtur rationem redderet hippocrates: diuersis alimētis et exercitatiōibus que non de corporis temperatione sed de animi volūtate veniūt: dissimiles eis accidere potuisse valitudīes. Porro aūt possidoni⁹ vl' q̄libꝫ fataliū siderꝝ assertor mirū si pōt hic inuenire q̄d dicat: si nolit imperitorū mētib⁹ in eis q̄s nesciūt reb⁹ illudere. Qd̄ eni conat efficere de interuallo exigui tpis: q̄ inter se gemini dū nascerent habuerit: ꝓpter celi particulā vbi ponit hore notatio: quā horoscopū vocāt: aut nō tantū valet q̄nta inuenit in geminorꝝ volūtatib⁹: actibus: moribus casibusq̄ diuersitas: aut plus etiam valet q̄ ē geminorꝝ vl' humilitas generis: eadē vl' nobilitas: cui⁹ maximā diuersitatē nō nisi in hora q̄ q̄sq̄ nascit ponūt. Ac ꝑ hoc si tā celeriter alter post alterū nascit: vt eadē ps horoscopi maneat: paria cuncta quero que in nullis possunt geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopum mutat: parentes diuersos quero: quos gemini habere non possunt.

Ca. iii

Frūstra igitur affertur nobile illud cōmentum de figuli

f Mars itaq̄ positus ⁊c. Dicebat papa demēs vt i itinerario ei⁹ habet libro. ix. cū mars centrū tenēs in domo sua ex tetragono respexerit mercuriū cū saturno ad centrū: luna vero veniente sup eū plena i genesi diurna efficit homicidas: et gladio casuros: sanguiarios ebriosos: libidinosos: maleficos: sacrilegos: Al bumasar lib. v. d̄ in dicijs d̄ vitur verbo significationis dicens tractatu octauo q̄ mars significat fm vnā sui ꝑtē interfectiōes aut latrocinia

Ca. ii

Cicero dicit hippocrates ⁊c. In h̄ ca. ostēdit beat⁹ aug⁹ vanitatē mathematicorꝝ ponentiū factū ꝑ ea q̄ circa duos geminos ⁊ eos qui simul nascūtur: sit aūt i h̄ caplo mētio de possidonio: cuius etiam dicta aliqua de fato recitat tullius libro d̄ fato.

Ca. iii

Frustra itaq̄ affertur ⁊c. In hoc capi-

tulo ſpꝛo
bat augꝰ
quādā re-
ſpōſionē
ꝗ datur a
mathema
ticꝭ ad ea
ꝗ i ꝓcedē-
ti capitlo
obiecta ſt
b ¶ Rndiſ
ſe ferūt ni
gidiū ⁊c̄.
F3. A. gel-
liū lib. iiij
varro et
nigidiꝰ fu
erunt viri
romāi ge-
neris do-
ctiſſimi.

b rota: qđ reſpōdiſſe ferūt nigidiuz
hac queſtiōe turbatū: vñ ⁊ figulꝰ
appellatꝰ ē. Dū eñ rotaz figuli vi
quāta potuit intorſiſſet: currēte il-
la bis nūero de atramto tāq̄ vno
eiꝰ loco ſūma celeritate ꝑcuſſit: de
inde iuēta ſūt ſigna q̄ fixerat deſi-
ſtēte motu: nō ꝑuo interuallo i rotę
illiꝰ extremitate diſtātia. Sic inq̄t
in tāta cęli rapacitate etiā ſi alter
poſt alteꝝ tāta celeritate naſcatur
q̄nta rotā bis ipē ꝑcuſſi: i cęli ſpa-
cio plimuz ē. Hinc ſūt inq̄t q̄cūq̄
diſſimillima ꝓhibēt i moribꝰ caſi-
buſq̄ geminoꝝ. Hoc figmētū fra
giliꝰ ē: q̄ vaſa q̄ illa rotatione fin-
gunt. Nā ſi tā mltū i cęlo intereſt q̄
ꝯſtellatiōibꝰ cōpꝛehendi nō pōt:
vt alteri geminoꝝ hereditas ob-
ueniat: alteri nō obueniat: cur au
dēt ceteri q̄ gemini nō ſūt: cū iſpe-
xerit eoꝝ ꝯſtellatōes talia ꝓnūci-
are: q̄ ad illđ ſecretū ꝑtinēt qđ ne-
mo pōt cōpꝛehēdere: ⁊ momtī an
notare naſcētiū: Si autē ꝓpterea
talia dicūt i alioꝝ geniturī: q: hęc
ad ꝓductiora ſpatia tpm ꝑtinēt:
momta vō illa ꝑuū minutaꝝ q̄ int
ſe gemini pñt hēe naſcētes: rebus
minimis tribuūt: de qualibꝰ ma-
thematici nō ſolēt ꝯſuli: q̄s eñ cō
ſulat qñ ſedeat: qñ deambulet: qñ
vl' q̄d pꝛādeat: nunq̄d iſta dicimꝰ
qñ i moꝛibꝰ opibꝰ caſibuſq̄ gemi-
noꝝ plima plimūq̄ diuerſa mon-
ſtramus: ¶ Ca. IIII

Gene. 25

¶ Ca. IIII
a Nati
ſunt
duo gemi
ni ⁊c̄. In
h̄ capitlo
cōfirmat
augꝰ q̄ in
pꝛecedēti
caplo di-
xerat ꝑ ea
q̄ ſcptura
ſacra nar-
rat d̄ duo

a Nati ſūt duo gemini antiq̄
patrū mēoꝛia: vt de inſigni-
bus loq̄r: ſic alter poſt alterum vt
poſterioꝛ plātam pꝛioꝛis teneret.
Tāta i eoꝝ vita fuerūt moꝛibuſq̄
diuerſa: tāta in actibus diſparili-
tas: tanta i ꝑentuz amoꝛe diſſimi-
litudo: vt etiā inimicos eos inter ſe
faceret ipa diſtantia. Nūq̄d h̄ di:
q: vno ambulāte alius ſedebat: ⁊
alio doꝛmiēte aliꝰ vigilabat: alio
loq̄nte tacebat aliꝰ: q̄ ꝑtinēt ad il-
las minutias: q̄ nō pñt ab eis cō-
ꝓhēdi q̄ ꝯſtitutiōi ſideꝝ q̄ q̄ſq̄ na-
ſcat̄ aſcribūt: vñ mathematici cō-
ſulant̄: Vnꝰ duxit mercēnariā ſui
tutē: aliꝰ nō ſuuiit. Vnꝰ a mr̄e di-
ligebat̄: aliꝰ nō diligebat̄. Vnꝰ ho
noꝛē q̄ magnꝰ apđ eos habebatur
amiſit: alter adeptus ē. Quid de
vxoꝛibꝰ: q̄d de filijs: q̄d de rebuſ:
quanta diuerſitas: ¶ Ca. V

bus gemi
nis ſcilicz
Jacob et
Eſau.

a Si ergo h̄ ad illas ꝑtinēt mi-
nutias tpm: q̄ inter ſe habēt
gemini ⁊ ꝯſtellatōibꝰ nō aſcribun
tur: q̄re alioꝝ ꝯſtellationibꝰ inſpe
ctis iſta dicūt̄: Si aūt iō dicūt̄ q̄a
nō ad minuta icōpꝛehēſibilia ſed
ad tpoꝝ ſpatia ꝑtinēt: q̄ obſuari
notariq̄ pñt: q̄d h̄ agit rota illa lu
ti figuli niſi vt hoīes luteū coꝛ ha-
bētes i gyrū mittāt̄: ne mathema-
ticoꝝ vaniloq̄a ꝯuicāt̄: Quid de
niq̄ idē ipi q̄ꝝ moꝛbū q̄ eodē tpe
ꝗuioꝛ leuioꝛq̄ apparebat amboꝝ
medicinalit̄ iſpiciēs hippocrates:
gemios ſuſpicatus ē: Nōne ſatis
iſtos redarguūt q̄ volūt ſideribꝰ
dare qđ de coꝛpoꝝ ſiīi tēpatiōe ve
niebat: Cur eñ ſiīiter eodēq̄ tpe
nō alt̄ pꝛoꝛ: alter poſterioꝛ ęgrota-
bāt ſic nati fuerāt: q: vtiq̄ ſil' na-
ſci ambo nō poterāt: Aut ſi nihil
momenti attulit: vt diuerſis tpibꝰ
ęgrotarēt q̄ diuerſis tpibꝰ nati ſūt
q̄re tpſ i naſcēdo diuerſū ad alia-
rū reꝝ diuerſitates valere ꝯtēdūt:
Cur poterīt diuerſis tpibꝰ ꝑegrina
ri: diuerſis tpibꝰ ducere vxoꝛeſ: di
uerſis tpibꝰ filios ꝓcreare: ⁊ mlta
alia ꝓpterea q: diuerſis tpibꝰ na
ti ſūt: ⁊ nō potuerūt eadē cā diuer
ſis etiā tpibꝰ ęgrotare: Si eñ di-
ſpar naſcēdi moꝛa mutauit hoꝛo-
ſcopū: ⁊ diſparilitatē intulit ceteri
rebꝰ: cur illđ i ęgritudinibꝰ māſit
qđ habebat i tpiſ ęq̄litate ꝯceptꝰ:
Aut ſi fata valitudinis in ꝯceptu
ſūt: aliaꝝ vō reꝝ i oꝛtu ēē dicunt̄:
nō deberēt iſpectī natalū ꝯſtella-
tiōibꝰ d̄ valitudie aliq̄d dicere: qñ
eis iſpiciēda ꝯceptionalꝭ hoꝛa nō
dat̄: Si aūt iō ꝓnūciāt ęgritudieſ
nō iſpecto ꝯceptiōis hoꝛoſcopo:
q: idicāt eas momēta naſcētium:
quō dicerēt cuilibz eoꝝ geminoꝝ
ex natiuitatī hoꝛa qñ ęgrotaturuſ
eēt cū ⁊ alt̄ q̄ nō habebat eādē ho
rā natiuitatī neēe hīet ꝑiter ęgro-
tare: Deinde q̄ro ſi tāta diſtātia ē
tpis i natiuitate gemioꝝ vt ꝑ hāc
opoꝛteat eis ꝯſtellationes fieri di

¶ Ca. V
a Si g
hęc
ad illaſ ⁊c̄
In h̄ capi
tulo ꝓſeq̄
tur augꝰ
ſuā diſpu
tationem
cōtra ma-
themati-
cos: ⁊ ꝑci
pue ꝯ poſ
ſidoniū ⁊
eiꝰ reſpō-
ſionē ſuꝑ.
caplo. ij.
poſitā: et
ſpecialit̄
inq̄rit cu-
ius hoꝛę
notatō ſit
hoꝛoſco-
pus ſm
quē de fa-
to iudicāt
an videli-
cet ſit ho-
ra ꝯcepti-
onis vl' na
tiuitatī in
fantis et
vtrūq̄ re
pꝛobat.

uerſaſ: ꝓpter diuerſũ horoſcopũ: ⁊ ob h̃ diuerſos oẽs cardies vbi tãta vis ponit̃: vt hic etiã diuerſa ſint fata: vñ h̃ accidere potuit cũ eoꝝ ꝯcept⁹ diuerſũ tp̄s hr̃e nõ poſſit: Aut ſi duoꝝ vno mom̄to tp̄is ꝯceptoꝝ potuerit ee̅ ad naſcẽdum fata diſparia: cur nõ ⁊ duoꝝ vno mom̄to tp̄is natoꝝ poſſint eſſe ad viuẽdũ atq̃ moriẽdũ fata diſparia: Nã ſi vnũ mom̄tũ q̃ ambo cõcepti ſũt nõ ipediuit vt alt̃ p̄or: alt̃ poſterior naſceret̃: cur vno momẽto ſi duo naſcũt̃ ipediat aliq̃d vt alt̃ prior alt̃ poſterior moriat̃: Si ꝯceptio mom̄ti vni⁹ diuerſos caſus in vtero geminos hr̃e ꝑmittit: cur natiuitas mom̄ti vni⁹ nõ etiã q̃ſlibet duos i t̃ra diuerſos caſus hr̃e ꝑmittat: Ac vt oĩa h⁹ art̃ vel poti⁹ vanitat̃ cõmẽta tollãt̃: q̃d ẽ h̃ q̃ vno tp̄e: vno mom̄to ſb̃ vna eadẽq̃ celi poſitiõe ꝯcepti diuerſa hñt fata q̃ illos ꝑducãt ad diuerſaꝝ horarũ natiuitatẽ: ⁊ vno momẽto tp̄is ſb̃ vna eadẽq̃ celi poſitiõe: de duab⁹ m̄rib⁹ duo ꝑiter nati: diuerſa fata hr̃e nõ pñt: q̃ illos ꝑducãt ad diuerſã viuẽdi vl̃ moriẽdi nc̄citatẽ: An ꝯcepti nõdum hñt fata: q̃ niſi naſcãt̃ hr̃e nõ potuerũt: Quid ẽ g̃ q̃ dicũt ſi hora cõceptiõal̃ iueniat̃: m̄lta ab iſt̃ dici poſſe diuinit⁹: Vñ etiã illõ a non-
b nulliſ ꝑdicat̃ q̃ quidã ſapiẽs horã elegit q̃ cũ vxore ꝯcũberet vñ filium mirabilẽ gigneret. Unde poſtremo ⁊ hoc eſt q̃ de illis pariter egrotãtibus geminis poſſidoni⁹ aſtrolog⁹ idẽq̃ ph̄s r̄ndebat: iõ fieri q̃ eodẽ tp̄e fuiſſẽt nati: eodẽq̃ ꝯcepti: Nã vtiq̃ ꝓpt̃ h̃ addebat ꝯceptionẽ ne diceret̃ ei nõ ad liq̃dũ eodẽ tp̄e potuiſſe naſci: q̃s cõſtabat oĩno eodem tp̄e fuiſſe ꝯceptos: vt h̃ q̃ ſilr̃ ſilr̃q̃ egrotabant nõ daret ꝺ ꝓprio pari corꝑis tp̄amẽto: ſ eandẽ q̃z valitudis ꝑilitatẽ ſidereis nexib⁹ alligaret. Si igit̃ i ꝯceptu tãta vis ẽ ad eq̃litatẽ fatoꝝ: nõ debuerit naſcẽdo eadẽ fata mutari. Aut ſi ꝓpterea mutant̃ fata gemioꝝ q̃ tp̄ib⁹ diuerſis naſcunt̃: cur nõ poti⁹ itelligam⁹ iam fuiſſe mutata vt diuerſis tp̄ib⁹ naſcerent̃: Ita ne nõ mutat fata natiuitat̃ volũtas viuẽtiũ: cũ mutet fata ꝯceptionis ordo naſcẽtium.

a q Uãnẽq̃ ⁊ i ipis ge- ¶ Ca. VI

Geminorum ꝯceptibus: vbi certe amboꝝ eadẽ momẽta ſiue tp̄m ſepe fit vt ſb̃ eadẽ ꝯſtellatiõe fatali alt̃ ꝯcipiat̃ maſcul⁹: altera femia. Nouim⁹ gemios diuerſi ſex⁹: ambo adhuc viuũt: ãbo etate vigẽt adhuc. Quoꝝ cuz ſint int̃ ſe ſiles corꝑum ſpẽs q̃ntuz i diuerſo ſexu põt: inſtituto tñ ⁊ ꝓpoſito vite ita ſũt diſpares: vt p̄ter act⁹ q̃s neceſſe ẽ a virilib⁹ diſtare femineos: q̃ ille i officio comit̃ militat ⁊ a ſua domo pene ſemꝑ ꝑegrinat̃: illa de ſolo p̄prio ⁊ ꝺ rure ꝓprio non recedit. Inſuper qđ eſt incredibili⁹ ſi aſtralia fata credant̃: nõ aũt mirũ ſi volũtates hoim ⁊ dei mũera cogitent̃: ille ꝯiugat⁹: illa v̇go ſacˀ ẽ: ille nũeroſã ꝓlẽ genuit: illa nec nupſit. At eñ plrĩmũ vis horoſcopi valet. Hoc q̃s nihil ſit: iã ſat̃ diſſerui. Sz q̃lecũq̃ ſit: i ortu valere dicũt. Nũquid ⁊ in ꝯceptu vbi ⁊ vnũ ꝯcubitũ ee̅ mãifeſtũ ẽ: ⁊ tãta nature vis ẽ: vt cũ ꝯcepit femina: deinde alteꝝ ꝯcipe oĩno non poſſit: Vñ neceſſe ẽ: eadẽ ee̅ i gemis mom̄ta ꝯcept⁹. An forte q̃ diuerſo horoſcopo nati ſũt: aut ille i maſculũ dũ naſceret̃: aut illa in feminã cõmutata eſt: Cũ igit̃ vſq̃q̃q̃ abſurde dici poſſit ad ſolas corpoꝝ differẽtias afflat⁹ q̃ſdã valere ſidereos: ſic̃ i ſolarib⁹ acceſſib⁹ ⁊ deceſſib⁹ videm⁹ etiã ipius anni tp̄a variari ⁊ lunarib⁹ incremẽtis atq̃ decremẽtis augeri ⁊ minui q̃dã genera reꝝ: ſic echinos ⁊ conchas ⁊ mirabiles eſt⁹ oceani: non aũt ⁊ animi volũtates poſitionib⁹ ſideꝝ ſb̃di: nũc iſti cum etiã nr̃os act⁹ inde religare conãt̃ admonẽt vt q̃ram⁹: vñ nec i ipis q̃dẽ corporib⁹ eis poſſit rõ iſta ꝯſtare. Quid eñ tã ad corp⁹ ꝑtinẽs: q̃s corꝑis ſexus: Et tñ ſub eadẽ poſitione ſiderũ diuerſi ſexus gemi ꝯcipi potuerũt: Vñ q̃d inſipienti⁹ dici aut credi põt: q̃s ſiderũ poſitionẽ que

b ¶ Quidã ſapiẽs horaz elegit ⁊c̃. Cõſile narratur i hiſtoria alexãdri m̄gni ꝺ nectanibo aſtrologo ⁊ olympiade matre alexandri vxore Philippi cũ q̃ cõcubuit nectanib⁹ q̃ hora certa iſpecta i q̃ naſcitur⁹ fili⁹ eēt futur⁹: matrẽ alexandri enitẽtẽ pere ex vicinaz ꝑtui cohibuit ne puerum vſq̃ ad horam iſpectã pere.

¶ Ca. VI

a q Uãq̃z ⁊ in ipis geminorũ ⁊c̃. In h̃ ca. arguit aug⁹ contra mathematicos p ea q̃ vidit de duob⁹ geminis maſculo ⁊ femina.

Ca. VII

a Iam illo q̃s ⁊c̃. In h̃ ca. ĩprobat aug⁹. mathematicoſ: oſtẽdendo vanũ eē non ſolũ iudicare de actib⁹ hũanis ſz horã. ſ etiaz ſm dic̃: et fac̃ duo i

h̃ capitlo Quia p̄mo reprobat eoꝝ ꝯſuetudinẽ q̃ dies obſeruãt. Scdo ibi his oĩbus ꝯſiderat̃ ⁊c̃. oñdit vnđ ſit q̃ mathematici q̃nq̃ et vera p̄dicunt.

b ¶ Non erat videlz ille ita nat⁹ ⁊c̃. loq̃t aug⁹ h̃ de illo ſapiẽte q̃ horã elegit qua cũ vxore ꝯcũberet vt admirabilẽ filium generaret: ẽ q̃ ſ̃. capi. v. Et ẽ ratõ aug̃. q̃s itẽdit tal̃: q̃ro ꝺ illo ſapiente: vtꝝ ille fuit ſic nat⁹ q̃ generaret ex neceſſitate fati filium mirabilez vl̃ miſerabilez. Si mirabilez g̃ fruſtra elegit horã ad h̃ cũ ſit neceſſariũ q̃ ipſe generet mirabilẽ. Si filiũ miſerabilẽ: g̃ ſi ſapient̃ fecit ſeq̃t̃ q̃ ꝑ ipſm potuit neceſſitas fati mutari et illõ qđ nõ habuit in natiuitate ſua ex fato

lã fatũ ſuum
fec̃ fatale. ſi
oĩa facta ſua
ſiat fatalia
.i. ex fato de⸗
pẽdẽtia ⁊ ne
ceſſaria. ¶ c
Deinde ſi ſo
li hoĩes ⁊c̃.
Hic arguit
ↄ̃ fatum p̃ lo
cũ a diuiſio⸗
ne. q̃rẽs vtꝝ
ſoli hoĩes ſb̃
ſint neceſſita
ti fati: vl' nõ:
p̃mũ non vi
dent mathe
matici cõce⸗
dere. q: etiã
in reb' aliq̃s
eligũt certoſ
dies: ğ da⸗
bũt ſcõm: q̃
dato p₃ va⸗
nitas coꝝ ex
maxia diuer
ſitate ⁊ icer⸗
titudine fu⸗
turi euẽt' in
reb' aliq̃s ita
vt ſtatĩ appa
reat impoſſi
bile dare iu⸗
diciũ certũ
d̃ futuro ſuc
ceſſu eaꝝ.
d ¶ Solẽt tñ
hoĩes ⁊c̃. h̃
reprobat fa⸗
tuitates ma⸗
thematicoꝝ
q̃ etiã de na⸗
tiuitatibus
aĩaliũ irrati
onalium ſe i
tromittũt. ⁊
etiã fatuita⸗
tẽ quorũdã
hoĩ₃ q̃. ſ. vo⸗
lẽtes explo⸗
rare fidẽ ma
thematicoꝝ
cũ aliq̃d ani
mal apd̃ eoſ
natũ fuerit
obſuãt dili⸗
genter horã
natiuitat' ei
us: q̃ notata
accedunt ad
mathemati⸗
cos: ⁊ intro⸗
gãt eos hoc
mõ: tal' ho⸗

ad horã ↄceptiõnis eadẽ ambo
b' fuit facere nõ potuiſſe: vt cũ
q̃ habebat eãdẽ ↄſtellationẽ ſe⸗
xũ diuerſũ a fratre nõ h̃ret: ⁊ po
ſitionẽ ſiderũ q̃ fuit ad horã na⸗
ſcentiũ facere potuiſſe: vt ab eo
tã mltũ v̇ginali ſanctitate diſta⸗
ret.

¶ Ca. VII

a Iam illud q̃s ferat: qd̓ in eli⸗
gẽdis dieb' noua q̃dã ſuis
b actib' fata moliũt'. Nõ erat vi⸗
delic₃ ille ita nat' vt h̃ret admi⸗
rabilẽ filiũ: ſ₃ ita poti' vt ↄtẽpti⸗
bilẽ gigneret: et iõ vir d oct' ele⸗
git horã q̃ miſcerer' vxori. Fec̃ ğ
fatũ qd̓ nõ h̃ebat: ſed ex ip̃i' fa⸗
to cepit eſſe fatale qd̓ i ei' nati⸗
uitate nõ fuerat. O ſtulticiã ſin
gularẽ: eligit' dieſ vt ducat' vxor
Credo ꝑpterea: q: põt i diẽ nõ
bonũ niſi eligat' incurri: ⁊ infeli⸗
citer duci. Ubi ẽ ğ qd̓ naſcẽti iã
ſidera decreuerit. An põt hõ qd̓
ei iã ↄſtitutũ ẽ dici electiõe mu⸗
tare: ⁊ qd̓ ipe in eligẽdo die ↄſti
tuerit: nõ poſit ab alia ꝑtãte mu
c tari. Deinde ſi ſoli hoĩes: nõ au
tẽ oĩa q̃ ſb̃ celo ſũt ↄſtellatiõib'
ſb̃iacẽt: cur alios eligũt dies ac
cõmodatos ponẽdis vitib' vel
arborib': vl' ſegetib': alios dies
pecorib' vl' domãdis vl' admit
tendis marib': q̃b' eq̃ꝝ vl' bouũ
fetẽt' armẽta ⁊ cetera hmõi. Si
aũt ꝑpterea valent ad has res
dies electi q: t̃renis oĩb' corpi⸗
b' ſiue aĩantib' ſiue nõ aĩantib'
ſcd̓m diuerſitates tp̃aliũ momẽ
toꝝ ⁊ ſiderũ poſitio dñat': ↄſide
rẽt q̃ꝫ innũerabilia ſb̃ vno tp̃iſ pũ
cto vl' naſcãt' vl' oriãt' vl' incho⸗
ent': ⁊ tã diuerſos exit' h̃eãt. vt
iſtas obſuatiões cuiuis puero
ridẽdas eẽ pſuadeãt. Quis eñ
eſt tam excors vt audeat dicere
oẽs arbores: oẽs herbaſ: oẽs be
ſtias: ſerpẽtes: aues: piſceſ: v̇mi
culos momẽta naſcẽdi ſigillatim
d h̃re diuerſa. Solẽt tñ hoĩes ad
tẽptãdã ꝑitiã mathematicoꝝ af
ferre ad eos ↄſtellatiões mutoꝝ
aĩaliũ: q̃ꝝ ort' ꝑpter hãc explo
rationẽ domi ſuę diligent' obſer
uant: eoſq₃ mathematicos pfe⸗
rũt ceteris: q̃ ↄſtellatiõib' his i⸗
ſpectis dicũt nõ eẽ hoĩem natũ ſ₃
pec'. Audẽt etiã dicere q̃le pec'
vtrũ aptũ lanicio an vectationi
an aratro: an cuſtodię domus.
Nã ⁊ ad canina fata temptãt': ⁊
cũ magnis admirãtiũ clamori⸗
b' iſta rñdẽt. Sic deſipiũt hoĩeſ
vt exiſtimẽt cũ hõ naſcit' ⁊ cete⸗
ros rex ort' ita inhiberi vt cũ illo
ſb̃ eadẽ celi plaga nec muſca na
ſcat'. Nã ſi hãc admiſerint: ꝑce
dit ratiocinatio q̃ gradatim ac⸗
ceſſib' modicis eos a muſcis ad
camelos elephantoſq₃ ꝑducat.
Nec illud volũt aduertere: q̃ ele
cto ad ſeminãdũ agrũ die: tam
mlta gñа i t̃rã ſil' veniũt: ſil' ger⸗
minant ⁊ exorta ſegete ſil' herbe
ſcũt: pubeſcũt: flaueſcũt: ⁊ tñ in
de ſpicas ceteris coęuas atq₃: vt
ita dixerim: ↄgermialeſ alias ru
bigo interimit: alias aues depo
pulant': alias homines auellũt.
Quõ iſti aliã ↄſtellatiões fuiſſe
dicturi ſũt q̃s tã diuerſoſ exitus
h̃re ↄſpiciũt: An eos penitebit
his reb' dies eligere: eaſq₃ ad ce
leſte negabũt ꝑtinere decretũ: ⁊
ſolos ſiderib' ſb̃dẽt hoĩes: q̃b'
ſolis i t̃ra de' dedit liberas vo⸗
lũtates. His oĩb' ↄſideratis: nõ
immerito credit' cũ aſtrologi mira
biliter mlta vera rñdeãt ⁊ occul
to inſtinctu fieri ſpirituũ nõ bo⸗
noꝝ: quoꝝ cura eſt has falſas ⁊
noxias opiniones de aſtralib'
fatis inſerere humanis mentib'
atq₃ firmare: nõ horoſcopi nota
ti ⁊ inſpecti aliqua arte quę nul
la eſt.

¶ Ca. VIII

a Qui vẽro non aſtrorum cõ
ſtitutionẽ ſicuti ẽ: cũ quic⸗
quid ↄcipit' vel naſcit' vl' incho⸗
b atur: ſed omniũ connexionẽ ſe⸗
riemq₃ cauſarum qua fit omne
quod fit: fati nomine appellant:
non multum cum eis de verbi
controuerſia laborandum atq₃
certandum eſt: quando quidẽ
ipſum cauſarum ordinẽ ⁊ quan
dam connexionẽ dei ſũmi tribu
unt voluntati ⁊ poteſtati: q̃ opti
me ⁊ veraciſſime credit': ⁊ cũcta

ra iſti' dei natũ
eſt m aĩal. ⁊ cui'
ſpẽi ẽ aĩal illd̓. et
ſi dixerint verita
tẽ mltũ admirãt'
q̃ſi certã d̓ h̓ cog⸗
nitiõẽ₃ habuiſſet
mathematic' q̃
ſic rñdit. Sed h̓ re
probat aug' q: ſi
ex h̓ ſolũ q̃ dat'
hora natiuitatis
aĩal' poſſ₃ ſcire q̃⸗
le ⁊ cui' ſpẽi eſſet
aĩal illd̓ ſeq̃ret' q̃
hora ea q̃ naſcit'
hõ nõ poſſet na⸗
ſci muſca: nã ea⸗
dẽ rõne q̃ ↄcede⸗
tur q̃ muſca na⸗
ſci poſſet ↄcedet'
h̓ d q̃lib₃ alio ani
mali paulatĩ ⁊ ğ⸗
datĩ d minoribus
ad maiora ꝑcedẽ
do puta ſi poſſet
muſca eadẽ rõe ⁊
mus ⁊ ſic eadẽ ra
tione ⁊ aliud aĩal
qd̓ ẽ mure aliq̃n⸗
tulũ maius ⁊ ſic
vſq₃ ad camelos
⁊ elephãtes: ⁊ ꝑ
ↄñs ſi ſil' pñt na⸗
ſci hõ ⁊ muſca ea
dẽ rõe pñt ſil' na⸗
ſci hõ ⁊ elephãs:
boſ ⁊ leo: ⁊ capra
⁊ lupus.
¶ Ca. VIII
a Qui xo nõ
aſtroꝝ ↄſti⸗
tutionẽ ⁊c̃. In h̓
ca. oñdit aug' q̃
fatum accipit' ab
aliquib' ſub alio
intellectu q̃ꝫ pro
vi poſitiõis ſide⸗
rum ſub quo in⸗
tellectu in p̃cedẽ
tibus iam diſpu⸗
tatũ eſt ↄtra fatũ
accipit' eñ q̃nq₃
ꝑ ↄnexione cau⸗
ſaꝝ quã dicũt eẽ
voluntatẽ diui⸗
nam: vel ab ipſa
dei volũtate pro
cedere: ſic tactũ
fuit. s. caplo pri⸗
mo hui' libri: qd̓
etiã ꝑbat h̓ aug'
ꝑ dicta ſenece et
homeri et d̓ au⸗
ctoritate ſtoicoꝝ
b ¶ Sed omniũ

ſcire anteq̃ȝ fiāt: ꝛ nihil in-
oꝛdinatū relinq̃re: a q̃ ſūt
oēs ptātes: q̃uis ab illo n̄
ſint oīm voluntates. Ipſam
itaq̃ȝ p̄cipue dei ſūmi vo-
luntatē cuius poteſtas in-
ſupabilr̄ p̄ cūcta porrigit:
eos appellare fatū ſic ꝓba-
c tur: Annei ſenecę ſūt: niſi
fallor: hi v̄ſus. Duc me ſū-
me pat: alti dn̄ator olym-
pi. Quocūq̃ȝ placuerit nl̄-
la parēdi mora ē. Aſſū im-
d piger: fac nolle comitabor
gemens: Maluſq̃ȝ patiar
facere qđ licuit bono. Du-
cūt volētē fata: nolētē tra-
hūt. Nēpe euidētiſſime h̄
vltīo v̄ſu: ea fata appella-
uit: q̃ ſup̄ dixerat ſūmi pa-
tris volūtatē. Cui ſe patū
obedire dic̄ vt volens du-
cat ne nolēs trahat: q̄m. ſ.
ducūt volētē fata: nolēteȝ
trahūt. Illi q̃ȝ v̄ſus home-
rici: huic ſnīę ſuffragātur:
e quos cicero i latinuȝ v̄tit.
Tales ſūt hoīm mētes: q̃-
lis pr̄ ipe Iuppit auctiſe-
ras luſtrauit lumine t̄ras.
f Nec i hac qōe auctatē ha-
beret poetica ſnīa. Sȝ q̄m
ſtoicos dic̄ (vim fati aſſerē-
tes) iſtos ex homero v̄ſus
ſolere vſurpare: nō de illi⁹
poetę ſ; d̄ iſtoꝝ p̄ hoꝝ opi-
niōe tractat: cū p̄ iſtos v̄ſ⁹
q̄s diſputatōi adhibēt quā
de fato hn̄t: qđ ſentiāt eſſe
atū aptiſſie declarat: q̄m
Iouē appellāt: quem ſūmū
deū putāt: a q̃ ɔnexionem
dicunt pendere fatorum.

a b Os cicero Ca. IX
Hita redarguere conat
vt nō exiſtimet aliqđ ſe ad-
uerſus eos valere: niſi au-
ferat diuinatiōeȝ. Quā ſic
conat auferre: vt neget eē
ſcientiā futuroꝝ: eāq̃ȝ oīb⁹
virib⁹ nullā ēe oīno ɔtēdat
vl̄ in deo vl̄ i hoīe: nullāq̃ȝ
reꝝ p̄dictionē. Ita ꝛ dei p̄-
ſciētiā negat: ꝛ oēm ꝓphe-
tiā luce clariorem conatur
euertere vanis argumēta-
tionib⁹: ꝛ opponēdo ſibi q̃-
dā oracula q̃ facile p̄nt re-
felli: q̃ tn̄ nec ipe cōuincit.
In hiſ aūt mathematicoꝝ
ɔiecturiſ refutādis ei⁹ regt̄
oratio: q: vere tales ſūt: vt
ſe ipe deſtruāt ꝛ refellant.
Mlto ſūt aūt tolerabilio-
res: q̃ vl̄ ſiderea fata ɔſtitu-
unt: q̄ȝ iſte q̃ tollit p̄ſciētiaȝ
futuroꝝ. Nā ꝛ cōfiteri eſſe
deū ꝛ negare p̄ſciū futuro-
rū apertiſſima iſania ē. Qđ
ꝛ ipe cū videret: etiā illud
tēptauit aſſerere qđ ſcp̄tū
eſt. Dixit inſipiēs i corde
ſuo nō ē de⁹: ſ; nō ex ſua p̄-
b ſona. Vidit eīm q̄ȝ eēt inui-
dioſū ꝛ moleſtū: ideo q̃ȝ cot-
tā fecit diſputantē de hac
re aduerſū ſtoicos: in libr̄
de deoꝝ natura: ꝛ pro luci-
lio balbo: cui ſtoicoꝝ ptes
defendēdas dedit: maluit
ferre ſnīam: q̄ȝ p̄ cotta qui
nullā naturā diuinā eē cō-
tēdit. In libris v̄o de di-
uinatōe ex ſeipo aptiſſime
oppugnāt p̄ſciētiam futuroꝝ.
Hoc aūt totū facere videt
ne fatū eē ɔſentiat: ꝛ pdat
liberā volūtatem. Putat
eīm ɔceſſa ſcientia futuro-
rū: ita eſſe cōſeq̄ns fatū vt
negari oīno nō poſſit. Sȝ
q̄quo mō ſe hēant: tortuo-
ſiſſime ɔcertatiōeſ ꝛ diſpu-
tationes phoꝝ: nos vt cō-
fitemur ſūmū ꝛ veꝝ deum
ita volūtatem ſūmāq̃ȝ po-
teſtatē ac p̄ſcientiā eius cō-
fitemur. Nec timem⁹ ne iđ
volūtate nō faciamus qđ
volūtate facim⁹: q: id nos
facturos ille p̄ſciuit: cui⁹ p̄-
ſciētia falli nō pōt. Quod
cicero timuit vt oppugna-
ret p̄ſciētiā: ꝛ ſtoici vt non
oīa neceitate fieri dicerent:
q̄uis oīa fato fieri ɔtēde-
rēt. Quid ē ḡ qđ cicero ti-
muit i p̄ſciētia futuroꝝ: vt

cōnexionē ꝛc. Iſtud
dictū ɔcordat cū de-
finitione fati quā dat
chryſipp⁹ ſtoic⁹ quaȝ
poſui ſup̄ capitlo p̄.
c Annei ſenece ſūt
ꝛc. qđ dictū nō iueni
i aliq̄ libro ſenece nec
eīm ē in tragedijſ: nec
in ludicris. Ego aūt
Anneus ſeneca — plura ei⁹ opa nō vi-
di in qb⁹ metrice ſcri-
beret. d Fac nol-
le cōmitabor gemēſ:
vult dicere ſeneca: q̄
ſi dēt: q̄ nollē illud fa-
cere ad qđ fata incli-
nāt tn̄ opoꝛtebat me
facere illđ etiā cū ge-
mitu. i. diſplicētia: et
qđ bono libuit face-
re. i. libēter facit hoc
ego patiar. i. trahar
ꝛ quaſi cogar illud fa-
cere. Et q: me nolēte
fiet: ideo ero magis
patiēs q̄ȝ agēs. e
Quos cicero in lati-
nū ꝛc. Sciēdū eſt q̄
cicero verſus home-
Homer⁹ — ri ꝛ ei⁹ libros trāſtulit
in latinū de greco: vt
ipe tullius etiā dic̄ in
libro quīto de finib⁹
bonoꝝ ꝛ maloꝝ parꝝ
poſt mediū. f Nec
i hac qōne ꝛc. h oſtē-
dit aug⁹ q̄re adducit
v̄ſus homeri poetę:
cū tn̄ dictis poeticis
nō ſit ſtandū vbi agi-
tur de materia natu-
rali et ſit diſputatio
nō ſolū ɔtra opinio-
nē hoīs: ſ; etiā ad p̄-
bandū ipam veritatē
ſicut diſputat. Sed
p̄ tanto hic adducit
auctas homeri quia
tulli⁹ libro de fato di-
cit ſtoicos q̃ fatū po-
nūt iſtos v̄ſus home-
Tulli⁹ in li. de diuina. — ri ſic vſurpaſſe: ꝛ idō
hn̄t auctoritatem ab
ipis ſtoicis: quorum
ſnīa nō modice ē au-
ctoritatis. Cicero ve-
ro libro de fato inue-
hit ɔtra chryſippū p̄n-
cipem ſtoicoꝝ: qua-
ſi nō potuiſſet ſaluaſ-
ſe fatum eo mō quo
hic accipit ꝛ liberuȝ
arbitrium.

Ca. IX
h Os cicero
ita redargu-
ere ꝛc. In h̄ capi-
tulo reprobat be-
atus aug⁹ opini- — D̄ȝ. iȝ. et. q̃
oneȝ ciceronis q̃
volens improba-
re ſtoicos ponen-
tes fatū, put fatū
eſt ſeries cauſaꝝ
intātū errauit vt
negaret a deo p̄-
ſcientiā futuroꝝ
ſcȝ libro ſcđo de
diuinatiōe ꝛ pei-
us multo errauit
q̄ȝ ſtoici: quia ſto-
ici nō errauerūt
niſi i noīe: ꝛ h̄ qa
fatū ſolet aliť ac-
cipi in cōi vſu lo-
quētiū ꝛ tn̄ ipm
nomen ſuſtineri
poſſet. vt. ſ. fatuȝ
diceret a fādo. ꝛ
ſic voluntas dei
diceret fatuȝ: q:
de⁹ fatur ea q̃ fie-
ri vult. Sed cice-
ro turpius erra-
uit non ſolum q̄ȝ
ſtoici: ſ; etiam q̄ȝ
mathematici: q̃
fatū ponūt i alia
ſignificatiōe ipȝ
accipientes. ſ. p̄
vi poſitiōis ſide-
rū: q: mathema-
tici nō negāt deū
eſſe ſ; cicero vide-
tur vel hoc nega-
re: vel dicere q̄ſi
eque abſurdū ſcȝ
deū eſſe ꝛ futura
igrare. b Vidit
eīm q̄ȝ eſſet inui-
dioſum ꝛc. vult di-
cere beat⁹ aug⁹.

c eā labefactare diſputatōe deteſta
bili niterer. Videlicȝ q: ſi preſcita
ſūt oīa futura: h̄ ordie veniēt q̄ vē
tura eē pſcita ſūt. Et ſi h̄ ordie ve-
niēt: cert⁹ ē ordo rez pſciēti deo: ⁊
ſi cert⁹ ē ordo rez: cert⁹ ē ordo cā-
rū. Nō eñ aliqd fieri pōt qd non
aliq̄ efficiēs cā pceſſerit. Si autē
cert⁹ ē ordo cāz q̄ fit oīne qd fit:
fato inqt fiūt oīa q̄ fiūt. Qd ſi ita
eſt: nihil ē i nr̄a ptāte: nullūq; ē ar
bitriū volūtat. Qd ſi ɔcedim⁹ in
qt oīs hūana vita ſbuertitur: fru
ſtra leges dāt: fruſtra obiurgatio-
nes: laudes: vitupatiōes: exhor-
tatiōes adhibēt: neq; vlla iuſticia
bonis pmia: ⁊ malis ſupplicia cō-
ſtituta ſūt. Hec g̃ ne ɔſequāt indi
gna: abſurda ⁊ pnitioſa reb⁹ hu-
manis: nō vult eē pſciētiā futuro-
rū: atq; i has anguſtias cicero co
artat animū religioſuȝ: vt vnū eli
gat e duob⁹: aut eē aliqd i nr̄a vo
lūtate: aut eē pſciētiā futuroz: qm̄
vtrūq; arbitrat eē nō poſſe: ſ; ſi al
tez ɔfirmat: altez tolli: ſi elegeri-
m⁹ pſciētiā futuroz: tolli volūtat
arbitriū: ſi elegerim⁹ volūtat ar-
bitriū: tolli pſciētiā futuroz. Ipſe
itaq; vt vir magn⁹ ⁊ doct⁹: ⁊ vite
hūane plimū ac pitiſſime ɔſulēs:
ex his duob⁹ elegit liberz volūtat
arbitriū. Qd vt ɔfirmaretur ne-
gauit pſciētiā futuroz: atq; ita dū
vult facere liberos: fac ſacrilegos
Religioſus aūt anim⁹ vtrūq; eli-
git: vtrunq; ɔfitet: ⁊ fide pietatis
vtrūq; ɔfirmat. Quō inqt: Nā ſi
ē pſciētia futuroz ſequūt illa oīa
q̄ ɔnexa ſūt: donec eo pueniat vt
nihil ſit in nr̄a volūtate. Porro ſi
ē aliqd i nr̄a volūtate eiſdē recur-
ſis gdib⁹ eo puenit: vt nō ſit pſciē
tia futuroz. Nam p illa oīa ſic re-
currit: Si ē volūtat arbitriū: non
oīa fato fiūt. Si nō oīa fato fiunt:
nō ē oīm cert⁹ ordo cāz. Si cert⁹
cāz ordo nō ē: nec rez cert⁹ eſt or
do pſciēti deo: q̄ fieri nō pñt niſi
pcedētib⁹ ⁊ efficientib⁹ cauſis. Si
rez ordo pſciēti deo cert⁹ nō ē: nō
oīa ſic veniūt: vt ea vētura pſciuit
Porro ſi nō oīa ſic eueniūt vt ab
illo vētura pſcita ſūt: nō ē inqt in

d deo pſcientia oīm futuroz. Nos
aduerſus iſtos ſacrilegos auſus
atq; ipios: ⁊ deū dicim⁹ oīa ſcire
anteq; fiāt: ⁊ volūtate nos facere
qcqd a nobis nō niſi volētib⁹ fieri
ſentim⁹ ⁊ nouim⁹. Oīa vō fato fi-
eri n̄ dicim⁹: imo nll̄a fieri fato di-
cim⁹: qm̄ fati nomē vbi ſolet a lo-
quētib⁹ poni. i. in ɔſtitutōe ſiderū
q̄ qſq; ɔcept⁹ aut nat⁹ eſt: qm̄ res
ipa manif aſſerit: nihil valere mō
ſtram⁹. Ordicȝ aūt cāz vbi vo-
lūtas dei plurimū pōt: neq; nega-
m⁹: neq; fati vocabulo nūcupam⁹
niſi forte vt fatū a fando dictū in-
telligam⁹. i. a loquēdo: nō eñ ab-
nuere poſſum⁹ eē ſcptū in lr̄is ſan
ctis: Semel locut⁹ ē de⁹: duo h̄ au
diui: qm̄ ptās dei ē: ⁊ tibi dñe mi-
ſericordia: qa tu reddes vnicuiq;
ſcdm opa ei⁹. Qd eñ dictū eſt ſe-
mel locut⁹ ē: itelligit imobilit: h̄ ē
incōmutabilit ē locut⁹: ſicut nouit i-
cōmutabilit oīa q̄ futura ſūt: et q̄
ipe factur⁹ ē. Hac itaq; ratōe poſ
ſem⁹ a fando fatū appellare: niſi h̄
nomē iā i alia re ſoleret intelligi: q̄
corda hoīm nolum⁹ iclinari. Nō
ē aūt ɔſeqns vt ſi deo cert⁹ ē oīm
ordo cāz: iō nihil ſit i nr̄e volūta-
tis arbitrio. Et ipe qppe nr̄e volū
tates i cāz ordie ſūt: q̄ cert⁹ ē deo
eiuſq; pſciētia ɔtinet: qm̄ ⁊ hūane
volūtates hūanoz opum cāe ſūt
Atq; ita q̄ oēs rez cās pſciuit: pſe
cto i eis cāis etiā nr̄as volūtates
igrare n̄ potuit: qs nr̄oz opuȝ cās
eē pſciuit. Nā ⁊ illō qd idē cicero
ɔcēdit: nihil fieri ſi cā efficiēs n̄ p-
cedat: ſatiſē ad eū i hac qōe redar
guēdū. Quid. n. eū adiuuat q dī
cit: nihil qdē fieri ſine cā: ſ; nō oēȝ
cām eē fatalē: q: ē cā fortuita: ē na
turalis: ē volūtaria: Sufficit q: oīne
qd fit n̄ niſi cā pcedēte fieri ɔfitet.
Nos eñ eas cās q̄ dicūt fortuite
(vñ etiā fortūa noīm accepit) n̄ eē
dicim⁹ nll̄as ſ; latētes: eaſq; tribui
m⁹ vl dei veri vl qrūlibȝ ſpūuȝ vo
lūtati. Ipaſq; nāles neqq; ab illi⁹
voluntate ſeiūgim⁹: qui ē auctor
omnis ɔditorq; nature. Iam vō
cauſe volūtarie: aut dei ſunt: aut
angeloruȝ: aut hominū: aut quo-

q negare
deuȝ eſſe
valō erat
odioſum
⁊ inuidio-
ſuȝ. Et id-
circo cice-
ro i libris
de natura
deoz vo-
lens odiū
declinare
itroducit
alios de
hac mate
ria diſpu-
tantes et
opiniōes
ſuas defē
dentes. q̄-
rum vna
fuit deos
non eſſe.
Cui ipe ci
cero nō vi
debat aſ-
ſentire.
Vnō hic
ſciendum
q in pmo
libro d̄ na
tura deo-
rum cice-
ro iducit
duas par
tes diſpu
tantes de
natura de
orum ſcȝ
C. velle-
io epicura-
tuȝ repro
bantem
deoſ eſſe.
cottā etiā
qui nega-
uit deos.
In ſecun
do vero li
bro inducī
curtiū lu-
ciliuȝ bal-
bū ſtoicū
affirman-
tem deos
eē. In ter
tio vero li
bro indu-
cit pdictū
curtiuȝ et
cottaȝ int
ſe diſputā
tes: ⁊ vtrū
q; ſuā par
tem defē-

dentē. Et
in fine li-
bri dic ci-
cero ſic. h̄
cuȝ eſſent
dicta diſ-
ceſſimus:
ita. C. vel
leio cotte
diſputan-
dum veri
or m̄ bal-
bi ad ſimi
litudinē
veritatis
videretur
propenſi-
or. In ſe-
cundo li-
bro de di-
uinatōne
ipemet ci
cero in p-
pria pſo-
na diſpu-
tat cōtra
balbuȝ p-
fatum aſ-
ſerentem
diuinatio
nem eſſe:
vbi cice-
ro expreſ-
ſe negat
deuȝ pre-
ſcire ea q̄
caſu vl for
tuitu eue-
niūt q: ſi
pſciretur.
iam nō eſ
ſet fortui-
ta. C
Si preſci
ta ſunt ⁊c.
Iſtam ra
tiones q̄ſ-
uis aliqn-
tuluȝ ſub
alijs ver-
bis ponit
cicero li-
bro de fa-
to. D
Nos ad-
uerſ⁹ iſtoſ
⁊c. hic be-
at⁹ augu-
ſtin⁹ oſtē-
dit quid
ſit pro ve-
ro tenen-
dū i pſen-
ti ⁊ reſpō-
det ratio-

Ps. 61

nibus ci-
ceronis.

Ca. X
V Tide
nec il
la neceſſi-
taſ ⁊c̄. In
h̄ capit̄lo
oſtēdit be
at⁹ aug⁹
quō p̄ſciē
tia dei nō
imponat
neceſſita-
tē coactio
nis vel in
euitabili-
tat̄ volū-
tati vel re
bus p̄ſci-
tis: nec ne
ceſſitaſ ex
ſuppoſitiō
ne repu-
gnat liber
tati. Et fa
cit in h̄ ca-
pit̄lo duo
Quia pri
mo oñdit
quō volū
tat̄ liber-
taſ ſtat cū
nc̄citate vł
repugnat
Scd̄o ibi
nō ḡ ꝓpte
rea nihil:
oſtēdit ꝙ
ſtet cū ꝑ-
ſcientia.
Quātum
ad p̄mū
ſciendum
ꝙ neceſſi-
tas quā ti
muerit ſto
ici fuit ne
ceſſitaſ fa
ti repug-
nans vo-
lūtatis li-
btati. vñ
ſicut dicit
A. Bell⁹
lib. v. Cū
chryſipp⁹
princeps
ſtoicorū
definiſſet
fatum co
mō q̄ ſup

rūq; aīaliū: ſi tñ appellādę volūta
tes ſūt aīaliū rōis expertiū: mot⁹ illi
q̄b⁹ aliq̄ faciūt ſcd̄m nāꝫ ſuā cū q̄d
vł appetūt vł euitāt. Angeloꝝ aūt
volūtates dico ſiue bonoꝝ q̄s an
gelos dei dicimus: ſiue maloꝝ q̄s
angeloſ diaboli: vł etiā demones
appellam⁹. Sic ⁊ hoīm ⁊ bonoꝝ. ſ.
⁊ maloꝝ: ac ꝑ h̄ colligit̄ nō ēē cāſ
efficiētes oīm q̄ fiūt: niſi volūtari-
as illi⁹ naturę. ſ. q̄ ſp̄ūs vitę ē. Nā
⁊ aer iſte ſiue vent⁹ dr̄ ſp̄ūs: ſ3 qm̄
corp⁹ ē: nō ē ſp̄ūs vitę. Sp̄ūs ḡ vi
tę q̄ viuificat oīa: creatorq; ē oīs
corpis ⁊ oīs creati ſp̄ūs: ip̄e ē de⁹
vtiq; ſp̄ūs nō creat⁹. In ei⁹ volū-
tate ſūma ptās ē: q̄ creatoꝝ ſp̄ūū
volūtates bonas adiuuat: malas
iudicat: oēs ordīat: ⁊ q̄buſdaꝫ tri-
buit ptātē: q̄buſdā nō tribuit. Sic
eñ oīm nāꝝ creator ē: ita oīm po-
teſtatū dator: nō volūtatū. Malę
q̄ppe volūtates ab illo nō ſūt: qm̄
ꝯ nām ſūt: q̄ ab illo ē. Corpa igit̄
mag̃ ſbiacēt volūtatib⁹: q̄dā nr̄is
id ē oīm aīantū mortaliū: ⁊ mag̃
hoīm q̄ȝ beſtiaꝝ: quędā v̄o ange-
loꝝ: ſ3 oīa maxie dei volūtati ſbdi
ta ſūt. Cui etiā volūtates oēs ſub
iciūt̄ q2 nō hñt ptātē niſi quā ille
ꝯcedit. Cā itaq; reꝝ q̄ fac̄ nec fit:
de⁹ ē. Alię v̄o cāę ⁊ faciūt ⁊ fiūt: ſi
cut ſūt oēs creati ſp̄ūs ⁊ maxie rō
nales. Corpaleſ aūt cāę q̄ mag̃ fi
unt q̄ȝ faciūt: nō ſūt int̄ cās efficiē
tes ānūerādę: qm̄ h̄ pñt qd̄ ex ipiſ
faciunt ſp̄ūum voluntates. Quō
igit̄ ordo cāꝝ q̄ p̄ſcienti cert⁹ ē deo
id efficit: vt nihil ſit ī nr̄a volūtate
cū in ip̄o cāꝝ ordie magnū hēant
locū nr̄ę volūtates? Cōtēdat ḡ ci-
cero cū eiſ q̄ hūc cāꝝ ordīeꝫ dicūt
ēē fatalē: vł poti⁹ ip̄m fati noīe ap
pellāt: qd̄ nos abhorrem⁹: ꝑcipue
ꝓpt̄ vocabulū qd̄ nō ī re vera cō-
ſueuit intelligi. Qz v̄o negat ordi-
nē oīm cāꝝ ēē certiſſimū: ⁊ dei pręſ
ſciētię notiſſimū: pl⁹ eū q̄ȝ ſtoici de
teſtamur. Aut eñ deuꝫ ēē negat:
qd̄ q̄dē īducta alteri⁹ pſona ī libr̃
ꝺ deoꝝ nā facere molit⁹ ē: aut ſi ēē
ꝯfitet̄ deū quē negat p̄ſciū futuro
rū: etiā ſic dic̄ nihil aliud q̄ȝ qd̄ ille

Dixit inſipiēs ī corde ſuo: nō eſt
de⁹. Qui eñ nō ē p̄ſci⁹ oīm futu-
roꝝ: nō ē vtiq; de⁹. Quapropt̄ et
volūtates nr̄ę tm̄ valēt: q̄ntū de⁹
eas valere voluit atq; p̄ſciuit: ⁊ iō
q̄cq̄d valēt: certiſſime valēt: ⁊ qd̄
facturę ſunt ipſe omnino facturę
ſunt: quia valituras atq; facturas
ille p̄ſciuit: cuius p̄ſciētia falli nō
pōt. Quapropt̄ ſi mihi fati nomē
alicui rei adhibēdū placeret: ma-
gis dicerē fatū ēē īfirmioꝛ: potē-
tioꝛ volūtatē q̄ eū hꝫ ī ptāte: q̄ȝ il
lo cāꝝ ordie quē nō vſitato ſ3 ſuo
more ſtoici fatū appellāt arbitriū
nr̄ę volūtatꝛ auferri. Ca. X

V Nde nec illa nc̄citas formi-
dāda ē: quā formidādo ſtoi
ci laborauerīt: cās reꝝ ita diſtigue
re: vt q̄ſdā ſbtraherēt nc̄citati: q̄ſ-
dā ſbderēt: atq; ī his q̄s eſſe ſb ne
ceſſitate voluerīt: poſuerīt etiā nr̄aſ
volūtates: ne videlꝫ nō ēēnt librę
ſi ſbderēt̄ nc̄citati. Si eñ nc̄citas
nr̄a illa dicēda ē q̄ nō ē ī nr̄a ptāte
ſ3 etiā ſi nolum⁹ efficit qd̄ pōt: ſic ē
nc̄citas mortꝛ: manifeſtū ē volūta
tes nr̄as: q̄b⁹ recte vł ꝑperā viuit̄
ſb tali nc̄citate nō ēē. Mlta eñ fa
cim⁹: q̄ ſi nollem⁹ nō vtiq; facere-
m⁹. Quo p̄mit⁹ ꝑtinet ip̄m velle.
nā ſi volum⁹ ē: ſi nolum⁹ nō ē. Nō
eñ vellem⁹: ſi nollem⁹. Si aūt illa
definit̄ ēē nc̄citas. ſcd̄m quā dici-
m⁹ nc̄cē ēē vt ita ſit aliq̄d vł ita fi-
at: neſcio cur eaꝫ timeam⁹: ne no-
biſ libertatē auferat volūtatꝛ. Ne
q; eñ ⁊ vitā dei ⁊ p̄ſciētiā dei ſub
nc̄citate ponim⁹ ſi dicam⁹ nc̄cē eſt
deū ſp̄ viuere ⁊ cūcta p̄ſcire: ſicut
nec ptās ei⁹ minuit̄ cū dr̄ mori fal
liq; nō poſſe: Sic eñ h̄ nō pōt: vt
poti⁹ ſi poſſet minoꝛ ēēt vtiq; ptātꝛ.
Recte q̄ppe oīpotēs dr̄: q̄ tñ mori
⁊ falli nō pōt. Dicit̄ eñ oīpotens
faciēdo qd̄ vult: nō patiendo qd̄
nō vult. Qd̄ ſi ei accideret: nequa
q̄ȝ ēēt oīpotēs. Vñ ꝓpterea q̄daꝫ
nō pt̄: q2 oīpotēs ē. Sic etiā cū di
cim⁹ nc̄cē ē ēē: vt cū volum⁹ libero
velim⁹ arbitrio: ⁊ veꝝ ꝓculdubio
dicim⁹: ⁊ nō iō ip̄m liberꝝ arbitriū
nc̄citati ſbijcim⁹: q̄ adimit libtatē

in h̄ libro
cap̄lo pri
mo. ⁊ alij
obijcerēt
ꝯ ſuā defi
nitionem
ꝙ videba
tur diſtru-
ere liber-
tatē volū
tatꝛ: chry-
ſippus de-
clarando
ſuā inten-
tionē: q̄ñ
dixit fatū
ēē ſempit̄
nā ⁊ inde-
clinabileꝫ
serieꝫ reꝝ
et volens
ſeruare li-
bertatem
voluntatꝛ
dicebat ꝙ
fato ineſt
q̄daꝫ mo-
do ad bo-
nū vel ad
malū: ta-
mē actio-
nes bōas
vel malaſ
ipſa volū
tas mode
ratur ⁊ ef-
ficit. poit
ergo ad h̄
exemplū
de lapide
rotundo:
qui ſi per
ſpacia ꝑ-
ua ⁊ decli
ua ꝓiici-
at̄ deſcen
dit: cuius
deſcenſuſ
principiū
eſt ille qui
proijcit:
ſed tamē
mox ille
lapis vo-
luitur nō
quia iam
ab ipſo ꝓ
iciēte mo
ueatur. ſ3
competit
motus il-
le lapidi
iam ex ꝓ-
p̄a ſua vo
lubilitate

Ps. 13. et. 52

seu figura apta ad h̄ q̄ sic voluat͛. Eodē mō dicit esse de origine necessitatis fati: nam ipsa principia causarū mouēt fatū: imperi⁹ vero ɔsilior͛ mentiūq̄ nostrarū actioneśq̄ ipas voluntas cuiusq̄ ppria ⁊ animor͛ ingenia moderant͛. Cicero ꝯo libro de fato dic̄ chrysippū ɔ̄stuantē ⁊ laborantē quomodo fato possent omnia fieri: ⁊ tn̄ esse aliud in potestate. videt͛ nō se expediuisse i hac questione: s; manere intricatam. Aug⁹ ꝯo hic dicit q̄ nō est formidanda illa necessitas qm̄ stoici illam formidauerūt ppter quod aliquas causas subiecerūt necessitati: aliquas ꝯo nō inter quas posuerunt voluntates nostras non subdi necessitati timētes ne tollerēt libratē. Vn̄ augustin⁹ gratia h⁹ distinguit hic de triplici necessitate. Quarū vna ē coactionis: ⁊ subiēci tali necessitati est ɔtra libertatem: siue sit libertas a coactiōe siue indifferentie. Hāc necessitatē tangit cum dicit Si enī necessitas nr̄a illa ⁊c̄. Alia ē necessitas imutabilitat͛ q̄ ē etiā in deo l; de⁹ ei non subiciat͛: ⁊ ista nō impedit libertatem volūtatis q̄ libertas est a coactione nec etiā libertatē indifferentie dum tn̄ necessitas sit respectu vnius ⁊ volūtas respectu alteri⁹ sic̄ de⁹ vult necessario seip̄; eē ⁊ viuere: vult tn̄ libere libtate idifferētie creaturā eē. Necessitatē ꝯo istā imutabilitat͛ tāgit cū dic̄. Si aūt illa diffinit͛ eē necessitas ⁊c̄. Tertia ē necessitas ex suppositiōe q̄ magis ē necessitas ɔseq̄ntie q̄ ɔseq̄ntis: puta si dicat͛ sic. Si volo aliud necessario volo illud libero arbitrio. Et ista necessitas nec repugnat libertati q̄ est a coactiōe nec libertati indifferentie. Et causa est q2 non refert͛ ad aliud respectu cui⁹ est libtas

indifferētie: nā libertas ē respectu an̄cedētis vl̄ ɔseq̄ntis. ⁊ talis necessitas neutri⁹ est: s; est necessitas ɔseq̄ntie. Istā ꝯo necessitatē tāgit cū dic̄: sic etiā cum dicimus necesse esse ⁊c̄. b Sunt igit͛ nr̄e volūtates ⁊c̄. hic concludit aliqua esse in nr̄a ptāte: ⁊ ōndit q̄ sunt illa ⁊ que alia q̄ in nr̄a ptāte nō sūt: cū tn̄ ea patiamꝰ sūt i potestate nr̄a ⁊ subiecta nr̄e volūtati pot⁹ q̄ volūtati alicui⁹ creature. Est aūt lr̄a augustini que sequitur sc; quicquid autē aliorum hominum ⁊c̄. obscura et in multis libris discordātibus viciata. Cuius intellect⁹ tal' est. Quicq̄d aūt alior͛ hoīm volūtate nolēs q̄sq̄ patiatur etiā sic voluntas valet .i. habet hoc in ptāte sua .s. aliq̄ volūtas: ⁊ si nō illi⁹: qui .s. nolēs patit͛: tn̄ hoīs volūtas .s. ei⁹ q̄ malū infert supple habet hoc in ptāte sua. S; ptās dei supple est .i. a deo est. nā si voluntas tm̄ esset .i. sine effectu nec posset qd̄ vellet potētiori volūtate ipediret͛ .s. volūtate dei q̄ h; ptātem sup oēm volūtatē et nō ipediret͛ fato vel aliq̄ necessitate fatali nec sic tn̄ volūtas nisi volūtas eēt .i. q̄uis sic ipediret͛ volūtas adhuc remaneret volūtas: ⁊ non esset nisi volūtas .i. aliud q̄ volūtas: q2 impedimētū tale nō tollit volūtatē: nec alterius: sed ei⁹ eēt illa volūtas ipedita q̄ vellet ⁊ non posset. vn̄ q̄cq̄d pter suā volūtatē patitur hō nō debet tribuere hūanis vl̄ angelicis vel cuiusq̄ creati spirit⁹ volūtatib⁹ .s. tanq̄ cause pme ⁊ potissime: sed ei⁹ potius qui dat potestatem volentibus quia licet malum culpe nō sit in deum reducendū: tamē malū pene in ipsū sicut in causam reducēdum est. c Nō ergo ppterea nihil ⁊c̄. Hic ostendit q̄ voluntas libera stat cū dei pscientia ⁊ nō solum stat imo sequitur ex ea.

Ca. XI

DEus itaq̄ summus et verus ⁊c̄. In hoc capitulo. Ostendit beatus augustinus q̄ dispositio regnorū subiacet diuine puidētie ⁊ hoc ostēdit ex multis alijs q̄ di

b Sunt igit͛ nr̄e voluntates: ⁊ ip̄e faciūt q̄cquid volendo facim⁹: qd̄ non fieret si nollem⁹. Quicq̄d aūt aliorū hoīm volūtate nolēs q̄sq̄ patit͛: etiā sic voluntas valet: ⁊ si nō illi⁹ tn̄ hominis volūtas: s; ptās dei. Nam si volūtas tm̄ esset: nec posset qd̄ vellet: potētiore volūtate impedireꝫ. Nec sic tn̄ volūtas nisi volūtas esset: nec alteri⁹ s; ei⁹ esset qui vellet: ⁊ si nō posset iplere qd̄ vellet. Vn̄ quicq̄d pter suā volūtatē patit͛ homo: nō debet tribuere hūanis vl̄ angelicis vel cuiusq̄ creati spūs volūtatib⁹: s; eius potius q̄ dat ptātem volētibus. c Nō ergo ppterea nihil est in nr̄a voluntate: q2 deus pscuit qd̄ futurū esset in nr̄a volūtate. Non enī q̄ h̄ pscuit: nihil pscuit. Porro si ille q̄ pscuit qd̄ futurum eēt ī nr̄a volūtate: nō vtiq̄ nihil: s; aliq̄d pscuit: pfecto ⁊ illo psciēte est aliq̄d in nr̄a volūtate. Quo circa nullo modo cogimur: aut retēta pscientia dei tollere volūtatꝫ arbitriū: aut retēto volūtatis arbitrio: deū (qd̄ nefas ē) negare pscium futurorū: sed vtrūq̄ amplectimur: vtrūq̄ fideliter ⁊ veraciter confitemur. Illud vt bene credam⁹: h̄ vt bn̄ viuamus. Male aūt viuit͛: si de deo nō bn̄ credit͛. Unde absit a nobis ei⁹ negare pscientiā vt liberi eē velim⁹: q̄ adiuuāte sum⁹ liberi vl̄ erim⁹. Proinde nō frustra sūt leges: obiurgatiōes: exhortationes: laudes: ⁊ vituperatiōes: q2 ⁊ ipas futuras eē pscuit: ⁊ valēt plurimū q̄ntū eas valituras esse pscuit: ⁊ pces valent ad ea impetrāda: q̄ se pcātib⁹ cōcessurū esse pscuit: ⁊ iuste pmia bonis factis ⁊ peccatis supplicia ɔstituta sunt. Neq̄ enī ideo peccat hō q2 de⁹ illū peccaturū esse pscuit: imo ideo nō dubitat͛ ipm peccare cū peccat: q2 ille cui⁹ pscientia falli nō potest nō fatū: nō fortunā: nō aliq̄d aliud: s; ipm peccaturū eē pscuit: qui si nolit omnino nō peccat: s; si peccare noluerit etiam hoc ille pscuit.

Ca. XI

ciliatū: a quo phibetur solit⁹ ad
moneri vt desisteret ab agendo
qn id qd agere volebat pspere
nō fuerat euenturū. Dicit enim
aptissime: r copiosissime asserit:
nō illū deū fuisse sed demonez:
diligenti disputatiōe ptractans
istā platonis de deoruz sublimi
tate r hominū humilitate: et de-
monū medietate sentētiaz. Hec
ergo si ita sunt: q nam modo au
sus est plato etiaz si non dijs qs
ab omni humana cogitatiōe se-
mouit certe ipsis demonib⁹ po
etas vrbe pellēdo: auferre thea-
tricas voluptates: nisi quia hoc
pacto admonuit aim hūanum:
qui adhuc in his moribūdis
mēbris positum: pro splendore
honestatis: impura iussa demo-
num cōtēnere: eorūqz imundici
am detestari: Nam si plato hec
honestissime arguit et phibuit:
profecto demōes turpissime po
poscerūt atqz iusserūt. Aut ergo
fallitur apulei⁹: r non ex isto ge-
nere numinū habuit amicuz so-
crates: aut cōtra se sentit plato
mō demones honorādo: modo
eoruz delitias a ciuitate bn mo-
rata remouēdo: aut nō est socra
ti amicitia demonis gratulāda:
d de qua vsqz adeo r ipse apulei⁹

nō erubuit: vt de deo socra
tis pnotaret libruz: quem
scdm suam disputatiōem
qua deos a demonib⁹ taz
diligēter copioseqz discer
nit nō appellare de deo sed
de demone socratis debu
it. Maluit aūt hoc in ipa
disputatiōe qz in titulo li-
bri ponere. Ita eni p sanā
doctrinam: que humanis
rebus illuxit: oēs vel pene
omnes demonum nomen
exhorrēt: vt quisqs an dis
putatiōem apuleij qua de
monū dignitas cōmenda
tur: titulū libri de demone
socrat legeret: nequaqz il
luz hominē sanū fuisse sēti
e ret. Quid aūt etiā ipe apu
lei⁹ qd in demonib⁹ lauda
ret inuenit: pter subtilitatē
r firmitatē corporū r habi
tationis altiorē locū: Nā
de morib⁹ eorū cū de om-
nib⁹ generaliter loqueret:
non solū nihil boni dixit h
etiā plurimuz mali. Deni
qz lecto illo libro, psus ne
mo miratur: eos etiā sceni
cam turpitudinē in rebus
diuinis habere voluisse: r
cuz deos se putari velint:
deor crimib⁹ oblectari po
tuisse: r quicqd ī eor sacri
obscena solēnitate seu tur
pi crudelitate vel ridetur
vl horret eorū affectibus
cōuenire. Ca. XV.

q Quāobrē absit vt ista
cōsiderās anim⁹ ve-
racit religiosus: r vero deo
sbdit⁹ iō arbitret demōes
seipo esse meliores qz habe
ant corpa meliora. Alio-
qn multas sibi r bestias p-
latur⁹ ē: q nos r acrimōia
sēsuuz r motu facillimo at
qz celerrimo: r valētia vi-
riū: r ānosissima firmitate
corpū vincūt. Quis hoim
videndo equabitur aqui-
lis r vulturib⁹: Quis odo
rando canibus: Quis ve

ergo cū ita sūt: vbi
contra apuleiū: vel
post⁹ ex dictis apu
leij ɔtra demonum
cultū arguit. r facit
h duo: naz pmo ex
dictis apuleij r pla
tonis cui apuleius
nō cōtradiceret de-
ducit ad vnā cōclu
sionē sb disiūctiōe
trimēbrē: videlicet
vel qz socrates non
habuit aliqd numē
sibi amicū r famili-
are de genere eorū
q ludos scenicos ex
petūt id ē demonū
vel plato ē sibiipsi
cōtrarius vel qz so-
crati nō erat amici-
tia demonis gratu
lāda id est non erat
de ea sibi gaudēdū
Secundo ibi. d
De qua vsqz rc cō
firmat illud vltimū
mēbrū p apuleium
r facit dupliciter: p
mo ex titlo sui libri
quē de deo socrat
r nō de demone in
titulauit: r pz lra.
Secundo ibi. e
Quid autem etiaz
ipe rc. cōfirmat idē
ex malis q apulei⁹
de demonib⁹ in li-
bro pfato scribit q
mala ponit aug⁹ in
fra capitlo. xvj. Ex
quibus malis pz qz
imundi spirit⁹ sunt
r ideo nō est miruz
si in imundicijs de-
lectentur.

Ca. XV

q Quāobrez rc.
In hoc capi-
tulo beat⁹ aug⁹ in-
cipit arguere cōtra
vnū quod in expo-
sitione sui dixerūt
platōici: dicūt eni
vt patet in pcedēti
caplo qz demones
sunt hominibus p-
ferendi: ɔtra qd in
h ca arguit augusti

locitate lepoꝛibꝰ: ceruis: auibꝰ oi/
bus: Quis multū valēdo leonibꝰ
ꝛ elephātibus: Quis diu viuēdo
ſerpentibꝰ: qui etiā depoſita tuni/
ca ſenectutē deponere atq; iuuē
tutē redire ꝑhibent: Sed ſicut his
oībus rōcinādo ꝛ intelligēdo me
liores ſumus: ita etiā demonibus
bene atq; honeſte viuēdo melio/
res eſſe debemꝰ. Ob hoc eīm ꝛ ꝓui/
dētia diuina eis quibꝰ nos cōſtat
eē potiores: data ſūt quedā poti/
oꝛa coꝛpoꝝ munera: vt illud quo
eis ꝓminemꝰ: etiā iſto mō nobis
cōmēdaret multo maioꝛe cura ex
colendū eē ꝙ̄ coꝛpus: ipamq; ex/
cellētiā coꝛꝑalē quā demones ha
bere noſcemꝰ: pꝛe bonitate vite: q̄
illis anteponimur: cōtēnere diſce
remus: habituri ꝛ nos īmoꝛtalita/
tē coꝛpoꝝ: nō quā ſuppliciōꝝ eter
nitas toꝛqueat: ſed quā puritas ꝓ
b cedat animoꝝ. Jam vero de loci
altitudīe: ꝙ demones ī aere: nos
aūt habitamꝰ in terra: ita ꝑmoue/
ri: vt hinc eos nob̄ eſſe ꝓponēdos
exiſtimemꝰ: omnino ridiculū eſt.
Hoc eīm pacto: nobis ꝛ oīa vola/
tilia ꝓponimꝰ. At eīm volatilia cū
volādo fatigātur: vel reficiendū
alimētis coꝛpus habēt: terrā repe
tūt vel ad requiē vel ad paſtū: qđ
demones īquiūt nō faciunt. Nū
quid ergo placet eis vt volatilia
nob̄: demones aūt etiā volatilibꝰ
antecellant: Qꝛ ſi demētiſſimū eſt
opinari: nihil eſt ꝙ de habitatiōe
ſuperioꝛis elemēti dignos eſſe de
mones exiſtimemꝰ: quibꝰ nos reli
gionis affectu ſubdere debeamꝰ.
Sicut etenim fieri potuit vt aeree
volucres: terreſtribꝰ nobis nō ſo/
lū nō ꝓferant: veꝝ etiā ſubijciant
ꝓpter rationalis aīe q̄ in nobis ē
dignitatē: ita fieri potuit vt demo
nes ꝙ̄uis magis aerei ſint: terre/
ſtribus nobis non ideo meliores
ſint: quia eſt aer ꝙ̄ terra ſuperioꝛ:
ſed ideo eis homines ꝓferēdi ſūt
quoniā ſpei pioꝝ hominū nequa
ꝙ̄ illoꝝ deſperatio cōꝑanda ē.
Nā ꝛ illa ratio platonis: qua ele
menta quattuoꝛ ꝓpoꝛtione conte
xit atq; oꝛdinat: ita duobus extre
mis igni mobiliſſimo et terre īmo/
bili: media duo aerem ꝛ aquā in
terſerens: vt quanto aer eſt aquis
ꝛ aere ignis: tanto ꝛ aque ſuperio
res ſint terris: ſatis nos admonet
animaliū merita non ꝑ gradibus
elementoꝝ eſtimare. Et ipe quip
pe apuleius cum ceteris terreſtre
animal hominē dicit: qui tamē lō
ge ꝓponitur animalibus aquatili
bus: cum ipas aquas terris ꝓpo/
nat plato: vt intelligamꝰ non eun
dem oꝛdinē tenendum cū agitur
de meritis animarū: qui videtur
oꝛdo eſſe in gradibus coꝛpoꝛum:
ſed fieri poſſe vt inferius coꝛpus
anima melioꝛ inhabitet: deterioꝛ
ꝙ̄ ſuperius.

Ca. XVI

a De moꝛibus ergo demonū:
cū idem platonicus loque/
retur: dixit eos eiſdem quibus ho
mines animi ꝑturbationibꝰ agita
ri: irritari iniurijs: obſequijs do/
niſq; placari: gaudere honoꝛibꝰ:
diuerſis ſacroꝝ ritibꝰ oblectari: ꝛ
in eis ſi quid neglectum fuerit cō/
moueri. Inter cetera etiā dicit ad
eos pertinere diuinationes augu
rum: aruſpicum: vatū: atq; ſomni
oꝛum: ab his quoq; eſſe miracula
magoꝝ. Breuiter autem eos diſ
finiens ait. Demones eſſe genere
animalia: animo paſſiua: mēte ra
tionalia: coꝛpoꝛe aerea: tempoꝛe
eterna. Hoꝝ vero quiq; tria poꝛa
illis eē q̄ nobis: q̄rtū ꝓpꝛiū: quītū
b eos cū dijs habere cōe. Sꝫ videō
triū ſuꝑioꝝ q̄ nobiſcū habēt duo
etiā cū dijs habere. Aīalia q̄ppe
eē dic̄ ꝛ deos: ſua cuiq; elemēta di
ſtribuēs. In terreſtribꝰ animalibꝰ
nos poſuit cū ceteris q̄ in terra vi
uūt et ſentiūt. In aq̄tilibꝰ piſces ꝛ
alia natatilia. In aereis demōes:
in ethereis deos. Ac ꝑ hoc ꝙ de/
mones genere ſunt aīalia: nō ſolū
eis cū hominibus verum etiā cū
dijs pecoꝛibuſq; cōmune ē: ꝙ mē
te rationalia cū dijs ꝛ hominibꝰ:
ꝙ tempoꝛe eterna cū dijs ſolis: ꝙ
aīo paſſiua cū hoībꝰ ſolis: ꝙ coꝛ/
c poꝛe aerea ipi ſunt ſoli. Pꝛoinde ꝙ
genere ſūt aīalia: nō ē magnū: qꝛ
hoc ſūt ꝛ pecoꝛa: ꝙ mēte ratiōalia:

nuſ ex dic
tiſ apuleij
in ꝓcedēti
capl'o ad/
ducti: ipe
eīm de de
mōijs lo/
quēſ duo
eis attri/
buit in q̄/
bus vocā
tur noſ ex
cellere: vi
delicet ſb
tilitatē ꝛ
firmitatē
coꝛpoꝛū:
ꝛ ſuperio
rem locū.
Ideo facit
augꝰ in h
capitulo
duo. quia
ꝑmo oſtē
dit eoſ nō
eſſe nobiſ
meliores
ſeu ꝓferē
dos ꝓpter
maioꝛem
coꝛpoꝛū
bonitatē
ꝛ firmita/
tē: ꝛ patet
lra. Eſt tñ
hic aduer
tendū ꝙ
auguſtinꝰ
loquēs de
coꝛpibus
demonū
loquit ſo/
lū ſcdm i/
tentionē
platōico/
rum: ꝛ nō
ſm opini
onē ꝓpꝛiā
Scdo ibi
b Jam
vero de lo
ci ꝛc. oſtē
dit ꝙ non
ſūt nobis
ꝓferēdi ꝑ
pter loci
ſublimita
tem ꝛ facit
ad h duaſ
rationes:
quarū ꝓ/
ma ſumit
ex cōꝑati
one homi
nis q̄ ſm

apuleiū
ē aīal ter/
reſtre ad
aīalia vo/
latilia: ſe/
cundo ex
cōꝑatiōe
eiuſdē ad
natatilia:
ibi: nā ꝛ il
la rō ꝛc.
Capitulū
XVI
De mo
ribus
ꝗ demo/
nū ꝛc. In
hoc ca. ꝓ
bat augꝰ
ꝙ demo/
neſ nō ſūt
hominibus
ꝓferendi:
ex diffini/
tione de/
monū: et
facit in h
ca. tria: nā
ꝑmo reci/
tat verba
apuleij ex
quibuſ ar
guit in ſe/
quētibus
inter q̄ eſt
ipſa diffi/
nitio qua
demones
diffinit: et
ipſius diſ/
finitionis
declaratio
ꝛ patet to
tū: Scdo
ibi. b
Sꝫ video
trium ꝛc.
oſdit dic/
toꝝ apu/
leij quibꝰ
ꝓfatā diſ
finitionē
declarat ī
ſufficiētiā
ꝛ pꝫ. Ter
tio ibi. c
Pꝛoinde
ꝙ genere
ſunt: ex ꝑ/
dicta diſ/
finitione
arguit ad
ꝓpoſitū. ꝛ
arguit du
plicit: ꝑ ex

Apul. in lib.
deo ſocratis

oibus dif ferẽtijs il li⁹ diffini tiõis ꝑ eas discurren do. Secũ do ibi. d Quapro pter vt ob mittã ⁊c. arguit spe cialiter ex vna diffe rentia cir ca eã insi stendo.

nõ ē sup̃ nos: q2 sum⁹ et nos. Or tempore eterna: q̃d boni est si nõ beata: Melior est eñ tp̃alis felici tas: q̃ misera eternitas. Or aio pas siua: quõ supra nos est: qñ et nos hoc sum⁹: nec ita esset nisi miseri essem⁹. Or corpore aerea: q̃ñ exti mandũ est: cũ omni corpori ꝓfera tur aie q̃liscũq3 natura. Et ideo re ligionis cultus qui debet ex aio: nequaq3 debetur ei rei que inferi or est aio. Porro si inter illa q̃ de monũ esse dicit: annumeraret vir tutē: sapiētiā: felicitatē: et hec eos diceret habere cũ dijs eterna atq3 comunia: ꝑfecto aliq̃d diceret ex optãdũ magniq3 pēdēdũ: nec sic eos tñ ꝓpter h̃ tanq3 deũ colere de berem⁹: s3 potius ip̃m a quo hec il los accepisse nossem⁹. Quãto mi nus nũc honore diuino aerea dig na sũt aia lia: ad hoc ratiõalia: vt misera eē possint: ad h̃ passiua: vt misera sint: ad h̃ et̃na: vt miseriã suã finire ñ possint. Quãpropt̃ vt omittã cetera: ⁊ hoc solũ ptractē q̃ nobiscũ demones dixit habere cõe id ē animi passiones: si oĩa q̃t tuor elemẽta suis aialib⁹ plena sũt imortalib⁹: ignis ⁊ aer: mortalib⁹ aqua ⁊ terra: q̃ro cur animi demo nũ passionũ turbel̃ ⁊ tēpestatibus agitent. Perturbatio eñ ē: q̃ gre ce pathos dicit: vnde illa voluit vocare animo passiua: q2 verbũ de v̄bo pathos: passio diceret: mot⁹ animi ɔtra rõnē. Cur ergo sũt ista in animis demonũ q̃ in pecorib⁹ nõ sũt? Qm̃ si q̃d in pecore sile ap paret nõ ē ꝑturbatio: q2 nõ est cõ tra rõnē: q̃ pecora carēt. In hoib⁹ aũt vt sint iste ꝑturbatiões: facit h̃ stulticia vel miseria: Nõdũ eñ su mus i illa ꝑfectiõe sapiētie beati: q̃ nobis ab hac mortalitate libera tis i fine ꝓmittit. Deos vero iõ di cũt istas ꝑturbatiões nõ ppeti: q2 nõ solũ eterni verũ etiã beati sunt. Easdē q̃ppe aias rõnales etiã ip sos habere ꝑhibēt: s3 ab oi labe ac peste purissimas. Quobrē si ꝓpter ea dij nõ ꝑturbant: q̃ aialia sũt be ata non misera: ⁊ ꝓpterea pecora nõ ꝑturbant q̃ aialia sunt q̃ nec

Capitulũ XVII

a Q Ua igit insipiētia ⁊c. In h̃ ca. ꝓbat augustin⁹ q̃ demo nes nõ sũt nobis ꝓfe rendi nec a nobis co lendi ex vi tijs q̃ apu lei⁹ vt pa tuit in pn cipio pce dentis ca pituli eis attribuit: a quibus nos ꝑ ve raz religi onem: id est xp̄i dei cultum li beramur.

beata possũt eē nec misera: restat vt demones sicut hoies ideo per turbentur q̃ aialia sunt nõ beata sed misera. Ca. XVII

a Q Ua igitur insipiētia vl' pot⁹ amētia ꝑ aliquã religionem demonib⁹ s̃bdunt: cũ ꝑ veraz reli gionē ab ea vitiositate in qua illis sum⁹ similes liberemur? Cuz enim demões q̃d ⁊ iste apulei⁹ q̃uis eis plurimũ parcat: ⁊ diuinis honori bus dignos cēseat: tñ cogitur cõ fiteri vt ira instigent: nobis vera re ligio ꝑcipit ne ira instigemur s3 ei pot⁹ resistam⁹. Cũ demones do nis inuitent: nobis vera religio ꝑ cipit: ne cuiq3 donor acceptione faueam⁹. Cũ demones honorib⁹ mulceant: nobis vera religio ꝑci pit vt talib⁹ nullo mõ moueamur. Cũ demões q̃rũdã hoim osores: q̃rũdã amatores sint: nõ prudēti trãq̃llaq3 iudicio s3 vt ip̃e aio ap pellat passiuo: ip̃a nob v̄a religio ꝑcipit vt inimicos nr̃os etiã dili gam⁹. Postrēo oēm motũ cordis ⁊ salũ mētis: oēsq3 turbelas ⁊ tēpe states animi: quib⁹ demões estua re atq3 fluctuare asserit: nos v̄a re ligio deponere iubet. Que igit cã ē nisi stulticia errorq3 miserabilis: vt ei te facias venerãdo hũilē: cui te cupias viuēdo dissilez: ⁊ religio ne colas quē imitari nol: cũ religi onis sũma sit imitari quē colis?

a F Rustra igit eis Ca. XVIII apulei⁹ ⁊ q̃cunq3 ita sentiũt hũc detulit honorē: sic eos in aere medios int̃ etherẽũ celũ terrãq3 cõ stituēs: vt qm̃ null⁹ de⁹ miscet hoi q̃d platõez dixisse ꝑhibēt isti ad de os ꝑferãt preces hoim: ⁊ inde ad hoies ipetrata q̃ poscũt. Indignũ eñ putauert q̃ ista crediderũt: mi sceri hoies dijs: ⁊ deos hoib⁹. dig nũ aũt misceri demones et dijs et hoib⁹: hinc petita q̃ assignēt: inde ɔcessa q̃ apportēt: vt videlicet hõ castus: ⁊ ab artiũ magicarũ scele ribus alien⁹ eos patronos adhibe at ꝑ quos illũ dij exaudiant q̃ hec amant: que ille nõ amando fit di gnior: quē facili⁹ ⁊ libentius exau dire debeãt. Amãt quippe illi sce

Capitulũ XVIII

a F Ru stra igitur eis apuleius ⁊c. In h̃ ca. beat⁹ aug⁹ re probat di ctum apu leij de cul tu demo nib⁹ exhi bēdo quo ad mori uũ suum. Est autez motiuum q2 dicit q̃ nullus de us miscet hõi id est cõicat cũ homie q̃d dicũt pla tonez sen sisse: et iõ inter deos ⁊ homies oportet me diatores esse ꝑ q̃s dij cogno scant fac ta hoim: ⁊ homies a dijs re cipiãt q̃d postulant q̃d augu stin⁹ hic ⁊ in sequē tib⁹ capi tulis ipro bat. vj. ra tionibus. Facit au tem aug⁹ h̃ duo: q2 primo re probat h̃ motiuum quia q̃ sic dicunt vi dentur de dijs male ⁊ indigne sentire: vl del3 q̃ dij taz imun dos acce ptant me diatores:

Math. 5

et ꝙ mali ſint eis vi-
ciniores ꝙ̄ boni. Se
cūdo ibi. b ¶ Non
eſt ꝙ iſta ⁊c̄. quia ip-
ſi ꝑ ſe platonē addu
cūt id cōtra eos pla-
tonē allegat.
¶ Ca. XIX
a ¶ Vero aduerſus
magicas ⁊c̄. In
hoc ca. ꝓbat aug⁹ ꝙ
demones nō ſunt me
diatores adhibendi
inter deos et hoīes:
ꝯfirmādo illud qḋ in
ꝑcedenti caplo ꝓba-
uit: ⁊ ꝓbat p̄mo hoc
ex dictis apuleij ſupe
rius poſitis: videlicȝ
ca. xvij: nam ibi dicit
apulei⁹ ad eos ꝑtine
re diuinatiōes augu
rū: ⁊ ab eis eſſe mira-
cula magorū: ex qui
bus patȝ ipos eſſe au-
ctores artis magice:
ſȝ artes magice vitā-
de ſūt: ergo debem⁹
vitare ea que ipi ſua-
dēt: ergo nō ſunt ad-
hibendi noſtri medi-
atores. b ¶ Perni
cioſa eſſe ⁊c̄. ꝙ vero
artes magice vitāde
ſint tanꝙ̄ nociue ⁊ il-
licite: primo ꝓbat ꝑ
dicta virgilij quorū
vnū eſt quarto libro
eneidos: ibi virgili⁹
loquens in ꝑſona di-
donis regine cartha
ginis ad annā ſororē
didonis de quadam
Eneid. 4 magā cū potētiam il
lius māge deſcripſiſ
ſet dicēs: Hec ſe car-
minib⁹ ꝓmittit ſolue
re mētes ⁊c̄. ſubiūgit
in ꝑſona didonis ei-
uſdē. Teſtor cara de
Virgi. in os ⁊c̄. dicit em̄ dido
buco. loquēs anne ꝙ teſtes
adhibet deos ⁊ eam
carā germanam ſuā
⁊ ſuū dulce caput ſe
inuitam accingi ma-
gicas artes: Et eſt in
ſecūdo verſu cū dici
tur accingier figura
que dicitur parago-
ge: que figura ſm̄ iſi
dorū libro p̄mo ety-
mologiarū eſt appoſi
tio in fine: vt admitti
er ꝑ admitti poteſtur

nicas turpitudines ꝙ̄s nō
amat pudicitia. Amāt in
maleficijs magorū mille
nocendi artes: quas non
amat inocētia. Ergo ⁊ pu
dicitia ⁊ inocentia ſi quid
a dijs impetrare voluerit
nec poterit ſuis meritis: ni-
ſi ſuis interuenientibus ini
b micis: nōn eſt ꝙ iſta poeti
ca figmenta ⁊ theatrica lu
dibria iuſtificare conetur.
Habemus contra iſta ma
giſtrum eorū ⁊ tante apud
eos auctoritatis platonē:
ſi pudor humanus ita de
ſe male meretur: vt non ſolū
diligat turpia: verum etiā
diuinitati exiſtimet grata.

Vero ad ¶ Ca. XIX
aduerſus magicas ar-
tes de quib⁹ quoſdam ni-
mis infelices ⁊ nimis im-
pios etiā gloriari libet in
noīe demonū: ipam publi
cam lucē teſtē citabo. Cur
em̄ tā grauiter iſta plectūtur
ſeueritate legum: ſi opera
ſunt numinū colendorū:
An forte iſtas leges xp̄ia-
ni inſtituerunt: quibus ar
tes magice puniuntur: ſecū-
dum quē aliū ſenſum: ni-
ſi ꝙ hec maleficia generi
b humano pernicioſa eē nō
dubium eſt: Ait poeta cla
riſſim⁹. Teſtor cara deos
⁊ te germana: tuūꝗ dul-
ce caput: magicas inuitā
accingier artes. Illud eti-
am qḋ alio loco de his arti
bus dicit. Atꝗ ſatas alio
vidi traducere meſſes. Eo
ꝙ hac peſtifera ſcelerata
ꝗ doctrina: fructus alieni
in alias terras transferri ꝑ
c hibentur: nōnne in duode
cim tabulis id eſt romano
rū antiquiſſimis legibus
cicero cōmemorat eſſe cō-
ſcriptum: ⁊ ei qui hoc fece
rit ſuppliciū conſtitutum:
d Poſtremo ipſe apuleius
nū quid apud iudices xp̄i-
anos de magicis artib⁹ ac
cuſatus eſt. Quas vtiꝗ ſi
bi obiectas ſi diuinas ⁊ pi
as eſſe nouerat. ⁊ diuina-
rum poteſtatum operibus
congruas: nō ſolū eas cō
fiteri debuit: ſed etiam ꝓfi
teri: leges culpans potius
quibus hec ꝓhiberentur
⁊ dānanda putarentur: q̄ ha-
beri mirāda ⁊ veneranda
oporteret. Ita em̄ vel ſen
tentiam ſuā ꝑſuaderet iu-
dicibus: vel ſi illi ſcḋm ini
quas leges ſaperent: eūꝗ
talia predicantē atꝗ lau-
dantem morte mulctarēt:
digna anime illius demo-
nes dona rependerēt: pro
quorū diuinis operib⁹ ꝑ-
dicandis: humanam vitā
ſibi adimi non timerēt. Si
cut martyres noſtri: cum
eis ꝑ crimine obijceretur
chriſtiana religio: qua no
uerant ſe fieri ſaluos ⁊ glo
rioſiſſimos in eternū: nō
eam negando temporales
penas euadere delegerūt:
ſed potius confitēdo: ꝓfi-
tendo: predicando: ⁊ pro
hac omnia fideliter forti-
terꝗ tolerando: ⁊ cū pia
ſecuritate moriēdo: leges
quib⁹ ꝓhibebantur erube
ſcere compulerūt: mutariꝗ
fecerunt. Huius autē phi
platōici copioſiſſima ⁊ di-
ſertiſſima extat oratio: q̄
crimē artium magicarum
a ſe alienum eſſe defendit:
ſeꝗ aliter nō vult innocē-
tem videri: niſi ea negan-
do que non poſſunt ab in
nocēte cōmitti. At omnia
miracula magorum quos
recte ſentit eſſe dānandos
doctrinis fiunt et operib⁹
demonum: quos viderit
cur cēſeat honorādos eſ-
ſe: neceſſarios eos aſſerēs
ꝑferendis ad deos noſtris
precibus: quorū debemus
opa deuitare ſi ad deū ve

ꝓ pōt. Et ē ſciē-
endum ꝙ accin-
go eſt verbum ve
hemētis tranſiti-
onis ⁊ ideo paſſi
uum ſuū regit p⁹
ſe vnum accuſati
uū vn̄ bene dicit
accingi artes ma
gicas qui eis vti
tur ad ſui defenſi
onē vel alterius
impugnationem
tanꝙ̄ armis qui-
buſdā. Aliud dic
tū virgilij ē i buco
licis egloga. viij.
vbi loquens de
mirabilibus que
fiunt arte magi-
ca inter cetera dic.
Atꝗ ſatas alio
⁊c̄. quē verſū ex
ponit hic aug⁹.
c ¶ Nōne i. xij.
⁊c̄. Secūdo pro-
bat has artes illi
citas eſſe ꝑ leges
xij. tabularum.
d ¶ Poſtrēo ipſe
⁊c̄. Tertio ꝓbat
idē ꝑ factū apu-
leij q̄ ſcripſit librū
quendā qui inti-
tulatur de magia ⁊
incipit ſic. Cert⁹
quidē erā proꝗ
vero obtinebam
⁊c̄. q̄ cōtinet ora-
tionē agitatā ſub
claudio maximo
ꝓconſule qua de
fendit ſe contra
emilianū emulū
ſuū q̄ accuſauit
eū de arte magi-
ca nitenſꝗ pluri-
bus argumentis ꝓ
bare intentū ſuū
ſȝ apulei⁹ ſibi ob
iecta negauit: et
oīa tā euidenter ꝙ̄
eloq̄nter repulit
vt omnes aſtan-
tes in iudicio mi
rarentur: ⁊ etiā
in nulli⁹ corde de
ei⁹ innocētia ſcru
pul⁹ remaneret:
conſtat tamen ꝙ
auguſtinus epi-
ſtola pria ad mar
cellinū dic eū ma
gic artib⁹ inten-
tū: vbi etiā loquit

de oratione sua ⁊
defensione innu-
it ipsū de falso de
fendisse. Apulei⁹
etiā in libro quē
fecit de asino au-
reo dicit de seipso
q᷑ artem illam li-
bētissime didice
rit ſ male sibi ces
sit ex hoc vt nar-
rat q᷑ diu artē
illā volebat disce
re in asinū vt sibi
videbatur cōuer
sus est: ⁊ de hoc
loquit aug⁹ īfra
lib. xviij. capitlo
xviij. c Dein
de quero ⁊c. ad-
ducit aug⁹ aliā
rationē ad ꝓban
dū intentionē su
am: videlz q᷑ de-
mones non sunt
mediatores qui
p̄ces nostras diis
offerūt: ⁊ ē ista ra-
tio p̄ma quā facit
ad eandē conclu-
sionem: q̄uis sit
in hoc capitlo se-
cunda: quia in p̄
cedenti capitulo
vnam fecit: ratio
autē quā facit h̄
satis patet.

Ca. XX

a At enim vr
gēs ⁊c. In
hoc caplo adduc
bea⁹ aug⁹ quar
tam rationē ad p
bandū q᷑ demo
nes nō sunt medi
atores inter nos
⁊ deos: ⁊ ꝓbat h̄
causam positam
sup̄ caplo. xviij.
q̄ mouit apuleiū
⁊ alios ad h̄ po-
nendū: videlz q᷑
nō cōmiscent ho
minib⁹: h̄ repro-
bat aug⁹: q᷑ ipsi
ponūt q᷑ demo-
nes cōmiscēt diis
⁊ ecōuerso: ergo
ponere q᷑ nō cōi
cent cū homini
b⁹ derogat scita-
ti deoꝝ: q᷑ hoc ē
ponere q᷑ cōmis
centur malis ⁊ nō
bonis.

rū preces nostras volum⁹
e ꝑuenire. Deinde quero q̄
les p̄ces hoim diis bonis
ꝑ demones allegari putat
magicas: an licitas? Si ma
gicas nolūt tales: si licitas:
nolūt ꝑ tales. Si aūt pec-
cator penitēs p̄ces fundit
maxie si aliq̄d magicū ad
misit. Ita ne tandē illis in
tercedētibus accipit veni
am: quib⁹ impellētib⁹ aut
fauentib⁹ se cecidisse plā-
a git in culpā? An et ipi de-
mones vt possint penitēti
bus mereri indulgētiā: pri
ores agūt q᷑ eos decepe-
rint penitētiā? Hec nemo
vnq̄ de demonib⁹ dixit:
quia si ita esset nequaq̄ si-
bi auderēt diuinos hono
res expetere: qui peniten-
do desiderarēt ad gratiā
venie ꝑuenire. Ibi eni est
detestāda sup̄bia: hic hūi
litas miserāda. Ca. XX

a At eni vrgens causa
et artissima cogit de-
mones medios inter deos
⁊ hoies agere: vt ab homi
nib⁹ auferāt desiderata: ⁊
ad eos referāt impetrata.
Que nā tandē causa est
ista ⁊ quāta necessitas? q᷑
nullus inquiūt de⁹ miscet
homini. Preclara igitur
sanctitas dei: que non mi
scet homini penitēti sup-
plicanti: ⁊ miscet demoni
arroganti? Non miscet ho
mini ꝯfugiēti ad diuinita
tē: ⁊ miscetur demoni fin
genti diuinitatē. Non mi-
scet homini petenti indul
gentiā: ⁊ miscetur demo-
ni suadēti nequiciā. Non
miscetur homini ꝑ philo-
sophicos libros poetas de
bene instituta ciuitate pel
lenti: ⁊ miscetur demoni
a principib⁹ ⁊ pontificib⁹
ciuitat' ꝑ scenicos ludos
poetarū ludibria requirē-
ti. Non miscetur homini

deorū crimina fingere ꝓ-
hibenti: ⁊ miscetur demo-
ni se falsis deorum crimini
bus oblectanti. Nō misce
tur homini magorū scele-
ra iustis legibus punienti
et miscetur demoni magi-
cas artes docēti ⁊ implēti
Non miscetur homini imi
tatione demonū fugiēti:
⁊ miscetur demoni decep-
tionē hominis aucupāti.

a Sed nimi Ca. XXI

Sed nimirū tante hui⁹ absur-
ditatis et indignitatis est
magna necessitas: q᷑ scili-
cet deos etheros humana
curantes: quid terrestres
homines agerent vtiq̄ la
teret: nisi demones aerei
nunciarent: quoniā ether
longe a terra est: alteq̄ su-
spēsus: aer vero etheri ter
req̄ contiguus. O mira-
bilem sapientiam. Quid
aliud de diis isti sensiunt
quos omnes optimos vo
lūt: nisi eos ⁊ humana cu-
rare: ne cultu videātur in-
digni: et propter elemēto-
rum distantiam humana
nescire: vt credātur demo
nes necessarii: ⁊ ob hoc eti
am ipi putentur colēdi ꝑ
quos dii possint ⁊ quid in
reb⁹ humanis agatur ad-
discere: et vbi oportet ho-
minibus subuenire? Hoc
si ita ē: diis istis bonis ma
gis notus est demon per
corp⁹ vicinū: q̄ hō ꝑ ani-
mū bonum. O multū do
lenda necessitas: an poti-
us irridenda vel detestan
da vanitas ne sit vana di
uinitas. Si eni animo ab
obstaculo corporis libero
animū nostrum dii vide
re possunt: nō ad hoc de-
monibus indigēt nūciis:
Si autem animorū indi-
cia corporalia: qualia sūt
vultus: locutio: motus ꝑ
corpus suum etherei dii

Capitulum. XXI

e Sed nimirū ⁊c.
In hoc ca. bea
tus augustin⁹ arguit
adhuc cōtra eos qui
ponūt demones no-
stros mediatores: et
facit in h̄ ca. duas ra
tiones: quarū p̄ma ē
quinta: quā iā fecit
cōtra eos: faciūt eni
demones mediato-
res quasi nūcios qui
deos ignorātes facta
hoim instruāt. q᷑ sūt
ꝓpinqui hoibus: dii
vero distātes: nā de
mones sunt in aere ⁊
dii in ethere. q᷑ vero
dii curā habēt hoim
ideo oportuit eos sic
instrui: ⁊ ꝯtra hoc ar
guit aug⁹ q᷑ dii aut
cognoscunt animos
hominū ⁊ demones
absq̄ oi iudicio cor-
porali: aut nō: Si sic
ergo non indigēt ad
cognoscēdū volūta-
tes hoim: ministerio
demonū tanq̄ mag'
ꝓpinquorū. Si non.
sequūtur duo absur-
da: primū est q᷑ tunc
magis est not⁹ diis
demon malus ꝑ cor
pus q̄ homo per bo
num animū. Aliud ē
q᷑ tunc possent dii a
demonibus decipi:
quia tūc nō possent
dii scire an signa cor
poralia quib⁹ eis fac
ta nostra nunciāt cō-
cordent cū interiori
cōceptu mētis ipsius
demonis: ⁊ ita non
possēt scire an demo
nes mētirent. Secū
dam vero rationem
huius capituli id est

ſectam in
vniuerſo
ponit ibi:
b ¶ Vel-
lē aūt iſti
&c. ꝛ fūda
tur ſup diſ
ſcordia q̄
ē int̄ pla-
tonē ꝛ de
moneſ: nā
plato vo-
luit ꝺ ciui
tate poe-
tas q̄ de-
mones lu
dis ſcēni-
cis colūt
expellere:
demones
ꝟo qui lu
diſ ſcenicē
delectant̄
voluerūt
eos i ciui-
tate reti-
nere: pla-
to ꝟo diſ
ſalet: qꝛ
ſi vult ꝙ ꝑ
poetas ꝺ
diis ſigā-
tur crimi-
na: nec ꝙ
crimia eo
rū ficta i
ſcenā acti
tent: ꝓpt̄
qꝺ arguit
ꝑ locum a
diuiſione
q̄drimem
bꝛi. Que-
rit. n. a de
monibus
quātū ad
iſtā diſcoꝛ
diā q̄ nun
ciēt diis:
an videlꝫ
nūciēt eis
tā factum
platonis
ꝛ factū ſu
um ꝓpriū
an ventu-
rū: qꝛ vo-
lūt ꝙ deoſ
lateat to-
ta iſta diſ
cordia: an
factū pla-
tonis et ſi
ſuū an ſu-
um ꝛ non

ſentiunt ꝛ inde colligunt: quid eti
am demones nuncient: poſſunt
ꝛ mēdacijs demonū decipi. Por
ro ſi deoꝝ diuinitas a demonibꝰ
falli non pōt: ab eadē diuinitate
quod agimus nō poteſt ignorari.
b Vellem autem mihi iſti dicerent
vtrū dijs demones nunciauerint
de criminibus deorū poetica pla
toni diſplicere figmenta et ſibi ea
placere celauerint: an vtrūq; oc-
cultauerint: deoſq; eſſe maluerint
totius rei huius ignaros: an vtrū
q; indicauerint: ꝛ religioſam erga
deos platonis prudentiā: ꝛ in de-
os iniurioſā libidinē ſuā: an ſen-
tentiam quidē platonis qua nolu
it deos ꝑ impiam licētiam poeta-
rum falſis criminibꝰ infamari: ig-
notā dijs eſſe voluerint: ſuam ve-
ro nequitiā qua ludos ſcenicos
amāt: quibus illa deorū dedeco-
ra celebrātur ꝓdere nō erubuerit
vel timuerit. Horū quattuoꝛ que
interrogando ꝓpoſui: quodlibet
eligāt: ꝛ i quolibet eoꝝ quātū ma
li de dijs bonis opinentur atten-
dant. Si enim primū elegerint: cō
feſſuri ſunt nō licuiſſe dijs bonis
habitare cū bono platone: quan-
do eorū iniurias ꝓhibebat: ꝛ ha
bitaſſe cū demonibus malis quā
do eorū iniurijs exultabāt: cū dij
boni hominē bonū longe a ſe po
ſitum nō niſi per malos demones
noſſent: q̄s ſibi vicinos noſſe non
poſſent. Si aūt ſecundū elegerint
ꝛ vtrūq; occultatū a demonibus
dixerint: vt dij oīno neſcirent: et
platonis religioſiſſimā legē: ꝛ de-
monū ſacrilegā delectationē: quid
in rebꝰ hūanis ꝑ internuncios de-
mones dij noſſe vtiliter poſſunt:
q̄ñ illa neſciūt que in honorē deo
rū bonoꝝ ꝑ religionē bonorū ho
minū cōtra libidinē maloꝝ demo
num decernūtur? Si vero tertiū
elegerint ꝛ nō ſolū ſententiā plato
nis deoꝝ iniurias ꝓhibentē: ſed
etiā demonū nequitiā: deorū iniu
rijs exultantē: ꝑ eoſdē demones
nūcios dijs innotuiſſe responde-
rint: ꝛ hoc nūciare ē an inſultare?
Et dij vtrūq; ſic audiūt: ſic vtrūq;

cognoſcūt: vt nō ſolū malignos
demones deorū dignitati ꝛ plato
nis religioni cōtraria cupiētes at-
q; facientes a ſuo acceſſu nō arce
ant: ſed etiā per illos malos ꝓpin
quos platoni bono longinquo do
na tranſmittāt. Sic eñ eos elemē
torum quaſi catena ſeries colliga-
uit: vt illis a quibꝰ criminātur cō-
iungi poſſint: huic a quo defendū
tur nō poſſint: vtrūq; ſcientes ſed
aeris ꝛ terre pondera trāſmutare
nō valentes: Jam ꝙ reliquū eſt: ſi
quartum elegerint: peius eſt cete-
ris. Quis eñ ferat: ſi poetarū de
dijs imoꝛtalibꝰ crimioſa figmen
ta: ꝛ theatrorū indigna ludibria:
ſuāq; in his omnibꝰ ardentiſſimā
cupiditatē: ꝛ ſuauiſſimā volupta-
tē dijs demones nunciauerūt: ꝛ
ꝙ plato philoſophica grauitate ꝺ
optima republica: hec oīa cenſuit
remouēda tacuerūt: vt iā dij boni
ꝑ tales nūcios noſſe cogant̄: ma-
la peſſimoꝝ: nec aliēa ſed eorūdē
nunciorū: atq; his contraria non
ſinantur noſſe bona philoſophoꝝ
cū illa ſint in iniuriā: iſta in hono-
rē ipoꝝ deorum. ¶ Ca. XXII

a Q Uiā igitur nihil iſtorū quat
tuoꝛ eligendū eſt: ne in quo-
libet eorum de dijs tam male ſen-
tiatur: reſtat vt nullo modo credē
dū ſit ꝙ apuleius ꝑſuadere nitit̄.
Et quicūq; alij ꝓhi ſunt eiuſdem
ſententie: ita eſſe medios demones
inter deos ꝛ homines: tanq; inter
nūcios ꝛ interp̄tes: qui hinc ferāt
petitiōes noſtras: inde referāt res
a nobis petitas: ſed eſſe ſpiritꝰ no
cēdi cupidiſſimos: a iuſticia peni
tus aliēos: ſupbia tumidos: inui-
dētia liuidos: fallacia callidos: q̄
in h̄ quidē aere habitāt: qꝛ de celi
ſuperioris ſublimitate deiecti: me
rito irregreſſibilis tranſgreſſionis
in hoc ſibi cōgruo velut carcere ꝑ
damnati ſunt. Nec tñ quia ſupra
terrā ꝛ aquas aeri locus eſt: ideo
ꝛ ipſi ſūt meritis ſuperiores homi
nibus: qui eos nō corpoꝛe ſed ele
cto in auxiliū deo vero: pia men-
b te facillime ſuperant. Sed multis
plane ꝑticipatiōe vere religionis

platonis:
cōtra que
oīa argu-
it beatus
augꝰ.

¶ Q Uia
igit̄
nihil iſto.
&c. In h̄
capl̄o cō-
cludit cō-
cluſionē
ſuā in q̄t-
tuoꝛ capi
tulis ꝑce-
dētibꝰ in-
tentā: vi-
delicet ꝙ
demones
non ſunt
nobis pre
ferendi:
nec noſtri
mediato-
res q̄ ad
deos no-
ſtras pre-
ceſ ferant
et qui ad
nos deo-
rū ſuppe-
tias id eſt
petita au-
xilia refe-
rūt. Et fa
cit h̄ duo
quia pri-
mo cōclu
dit ex dic
tis ꝙ pro
pter locū
ſuperiorē
nō ſint no
bis prefe-
rendi tan
q̄ melio-
res imo
ecōuerſo
hoies bo
ni eos ſu-
pant. Se
cundo ibi
b Sꝫ mt
tis pla. &c

aſſignat cā3 quare mult̄ hoīb⁹ dñantur: nō eīm ē cauſa q2 ipi ſūt hoībus meliores vl̄ loco altioreſ ſed q2 hoīes ſe ꝑmittunt ab eis capi ⁊ ſeduci: q2 aliqui credebant demoneſ deos eē. Alij vero l3 b̄ ñ crederēt tñ ſic ſuaſū ē eis: et ſic ſeducti ſunt a demonibus vt crederēt eos eē meliores ⁊ bñfactoreſ hoīm q̄s l3 crederēt nō eē deos: tñ nō audebāt dicere eos nō eē dignos cultu ⁊ honore diuino.

Dō. iij3

Ca. XXIIII

a n Am diuerſa de ill' ⁊c. In h̄ capl'o incipit aug⁹ ꝓſeq̄ dicta hermetis trimegiſti de dijs mltis: Fuit aūt iſte hermeſ egypti⁹ natiōe: ⁊ ſm hugonē florācēſ. ſucceſſit apuleio: qd̄ tñ nō cōcordat cū auguſtino īfra lib. xviij. ca. viij. ⁊ capitl'o. xxxix. niſi plures

indignis: tanq̄3 captis ſb̄ditiſq3 dñantur: quoꝝ maxime ꝑti mirabilibus ⁊ fallacib⁹ ſignis: ſiue factoꝝ ſiue p̄dicatoꝝ deos ſe eſſe ꝑſuaſerunt. Quibuſda3 vero vitia eoꝝ attētius ⁊ diligēti⁹ intuētibus: nō potuerūt ꝑſuadere ꝙ dij ſint: atq3 ideo inter deos ⁊ hoīes iternūcios ac beneficioꝝ iterp̄tatores ſe eſſe finxerūt. Si tñ nō iſtum ſaltē honore3 hoīes eis deferendū putarūt: qui illos nec deos eſſe credebāt: quia malos videbant. Deos aūt oēs bonos volebāt: nec audebāt tamē omnino indignos dicere honore diuino: maxie ne offenderent populos: a quib⁹ eis cernebant inueterata ſupſtitiōe ꝑ tot ſacra ⁊ tēpla ſeruiri.

Ca. XXIIII

a N Am diuerſa d illis hermes egyptius quē trimegiſtu3 vocant ſcripſit ⁊ ſenſit. Apuleius quide3 deos illos negat: ſed cū dicit ita inter hoīes deoſq3 q̄dam medietate verſari: vt hominibus apud ipos deos neceſſarij videant̄: cultū eoꝝ a ſupnorū deoꝝ religione nō ſepat. Ille autē egyptius alios dicit a ſūmo deo factos: alios ab hominibus. Hoc qui audit ſic a me poſitū eſt: putat dici de ſimulachꝛ' quia opera ſunt manuu3 hoīm. At ille viſibilia ⁊ contrectabilia ſimulachꝛa velut corpora deorum eſſe aſſerit. Ineſſe autē his quoſdā ſpirit⁹ inuitatos: qui valeant aliquid: ſiue ad nocendu3 ſiue ad deſideria eoꝝ nōnulla complenda: a quibus eis diuini honores ⁊ cultus obſequia deferuntur. Hos ergo ſpiritus inuiſibiles per artē quandā viſibilibus rebus corporalis materię copulare: vt ſint quaſi animata corpora illis ſpiritib⁹ dicata: et ſubdita ſimulachꝛa: hoc eſſe dicit deos facere: eamq3 magna3 et mirabilem deos faciendi accepiſſe hominis poteſtatē. Huius egyptij verba ſicut in nr̄am linguam interpretata ſunt ponamus. Et quoniam de cognatione inquit ⁊ cōſortio hoīm deoꝝūq3 nobis indicit̄ ſermo: poteſtate3 hominis o aſclepi vimq3 cognoſce: Dominꝰ inquit ⁊ pater: vel qd̄ eſt ſūmū: deus: vt effector eſt deorū celeſtium: ita homo eſt factor deoꝝ qui in templis ſūt humana ꝓximitate contenti. Et paulo poſt. Ita humanitas inquit ſemper memor naturę ⁊ originis ſuę: in illa diuinitatis imitatiōe ꝑſeuerat: vt ſicuti pater ac dñs vt ſui ſimiles eēnt deos fecit ęternos: ita hūanitas deos ſuos ex ſui vult⁹ ſimilitudine figuraret. Hic cū aſclepi⁹ ad quē maxie loquabat̄ ei reſpōdiſſet atq3 dixiſſ3. Statuas dic' o trimegiſte: Tū vero ille: ſtatuas inq̄t o aſclepi vides: ne q̄ten⁹ tu ip̄e diffidas: ſtatuas aīatas ſenſu ⁊ ſpiritu plenas: tantaq3 faciētes ⁊ talia: ſtatuas futuroꝝ p̄ſcias: ea q̄ forte vates oīs ignoret ī mult' ⁊ varijs reb⁹ p̄dicētes: inbecillitates hominib⁹ faciētes: eaſq3 curantes: triſticiam lęticiāq3 ꝓ meritis. An ignoras o aſclepi ꝙ egypt⁹ imago ſit ceꝉi: aut qd̄ ē verius tranſlatio aut deſcenſio omniū quę gubernant̄ atq3 exercētur in celo: ac ſic dicēdū eſt verius: terra noſtra mūdi totius eſt templū: Et tñ qm̄ p̄ſcire cuncta prudētē decet: illud nos ignorare fas nō ē. Futuꝝ eīm tp̄s eſt cu3 appareat egyptios incaſſum pia mēte diuinitati ſedulam religionē ſeruaſſe: ⁊ oīs eoꝝ ſcā veneratio in irritū caſura fruſtrabitur. Deinde multis verbis hermes hūc locū exeq̄tur: in q̄ videt̄ hoc tēp⁹ p̄dicere q̄ xp̄iana religio q̄nto ē veracior atq3 ſanctior

fuerit trimegiſti: fuit eīm prior platone Conſtat tñ ꝙ mercurius qui ſcripſit libru3 de cōſtellatione fuit poſterior plotino: ⁊ ꝑ ꝯſeq̄nſ platone. Eſt aute3 hermes ī greco idē qd̄ mercuri⁹ in latino: vt p3. ō. lib. vij. ca. xiiij. Dic⁹ ē autē trimegiſt⁹ ſm iſidoꝝ. libro. viij. etymologiaꝝ a multitudine ⁊ magnitudine ſcientię: q̄ſi ter maxim⁹: de cui⁹ libr' dicā īfra ca. vltimo. Reprobata ergo doctria apuleij de dijs: hic incipit agere de doctrina trimegiſti: ⁊ fac' in hoc capitulo tria: quia p̄mo ponit dicta eius quibus apparet quō ab apuleio diſcrepat. nam apuleius poſuit demones non eſſe deos: ſed eos medios inter deos ⁊ homines. Trimegiſt⁹ aute3 dicit eos eſſe deos: ⁊ hoc in libro quē ſcripſit ad aſclepium: vbi docet ipſum: ꝙ deus dedit hominib⁹ mirabilē potentiā: vt ſc3 poſſent facere deos: q̄ dij ſm ipm̄ ſūt hi qui colunt̄ in ſimulachꝛis: nam ſimulachꝛa ſunt q̄ſi corpora eorū quibus ſpirit⁹ mirabili potētia hominib⁹ data ſic alligantur vt ſint quaſi anime illorū ſimulachꝛorū ⁊ patet ſatis hec littera ⁊ intētio auguſtini. Sc'do ibi. b Et tamē quoniā p̄ſcire cuncta ⁊c. ponit dicta eiuſdē quibus p̄dixit deſtructionem idoloꝝ egyptiorum: que poſtmodu3 ꝑ chꝛiſtū facta ē: vbi oñdit beat⁹ aug⁹ ꝙ talia deplorādo dicebat: et

tanto vehemēti⁹ ⁊ liberius cūcta fallacia
figmenta ſubuertit: vt gratia veriſſimi ſal
uatoris liberet hominē ab his dijs quos
facit homo: ⁊ ei deo ſubdat a quo fact⁹ eſt
homo. Sed cū hermes iſta p̄dicit velut
amic⁹ eiſdē ludificationib⁹ demonū loq̄
tur: nec xp̄ianū nomē euidēter exprimit: ſ;
tanq̄ ea tollerent atq̄ delerent: quoꝝ ob
ſeruatione celeſtis ſimilitudo cuſtodiret
in egypto: ita h̄ futura deplorās luctuoſa
quodāmō p̄dicatione teſtat. Erat eīm de
Roma. j. his de q̄bus dicit ap̄lus: q̄ cognoſcētes
deū: nō ſicut deū glorificauerūt: aut grās
egerūt: ſ; euanuerūt in cogitatiōib⁹ ſuis: ⁊
obſcuratū ē inſipiēs cor eoꝝ: dicētes eīm
ſe eē ſapiētes ſtulti facti ſūt. Et inmutauerūt
gl̄iam incorruptibilis dei in ſilitudinē ima
ginis corruptibilis hois: ⁊ cetera q̄ cōme
morare longū ē. Multa q̄ppe talia dic̄ de
vno vero deo fabricatore mūdi: q̄lia veri
tas habet. Et neſcio quō illa obſcuratiōe
cordis ad iſta delabit: vt dijs q̄s ꝯfitetur
ab hoīb⁹ fieri: ſemp̄ velit hoīes ſubdi: ⁊
h̄ futuro tēpe plangat auferri: quaſi q̄cq̄
ſit infelici⁹ hoīe cui ſua figm̄ta dominat:
cū ſit facili⁹ fieri deos colendo q̄s fecit ne
ip̄e ſit homo: q̄ vt p̄ ei⁹ cultū dij eē poſſint
q̄s fecit homo. Citi⁹ eīm fit vt hō in hono
re poſit⁹ pecorib⁹ nō intelligens cōpet: q̄
vt opi dei ad ei⁹ imaginē facto id ē ipi hoī
op⁹ hois p̄ferat: Quapropt̄ merito hō de
ficit ab illo q̄ eū fecit: cū ſibi p̄ficit ip̄e q̄d
fecit. Hec vana: deceptoria: p̄niciosa ſacri
lega: Hermes egypti⁹: quia tp̄s q̄ auferrē
tur venturū ſciebat: dolebat: ſ; tā impudē
ter dolebat: q̄ ip̄rudēter ſciebat. Nō eīm
hoc reuelauerat ſp̄ūſanct⁹: ſicut p̄phetis
ſcis q̄ h̄ p̄uidētes cū exultatiōe dicebāt:
Hiere. 2 Si faciet hō deos: ⁊ ecce ipi nō ſūt dij. Et
Zach. 13 in alio loco. Erit i illo die dic̄ dñs: Exter
minabo noīa ſimulachroꝝ a terra: ⁊ non
erit eoꝝ memoria. Proprie vō de egypto
q̄d ad hāc rē attinet: ita ſcūs eſaias p̄phe
Eſa. 19 tat: Et mouebunt manufacta egypti a fa
cie ei⁹: ⁊ cor eoꝝ vincet in eis: ⁊ cetera hu
iuſmodi. Ex q̄ genere ⁊ illi erāt: q̄ venturū
q̄d ſciebāt veniſſe gaudebāt: q̄lis ſimeō:
Luc. 2 q̄lis anna: q̄ mox natū ieſum: qualis eliza
Luc. 1 bet q̄ etiā ꝯceptū in ſp̄ū agnouit: q̄lis pe
Math. 16 tr⁹ reuelāte p̄re dicēs: Tu es xp̄s fili⁹ dei
viui. Huic aūt egyptio illi ſp̄ūs indicaue
rant futura tp̄a p̄ditiōis ſue: q̄ etiā p̄nti in
Math. 8 carne tremētes dño dixerūt: Quid veniſti
aū tp̄s p̄dere nos: Siue q̄ ſubitū illis fu
it q̄d futurū quidē: ſ; tardi⁹ opina
bant: ſiue q̄ p̄ditiōem ſuā hāc ip̄
ſā dicebāt q̄ fiebat vt cogniti ſp̄er
nerent. Et h̄ erat aū tp̄us: id ē aū
tēp⁹ iudicij: q̄ eterna dānatiōe pu
niēdi ſunt cū oībus etiā hoībus q̄
eoꝝ ſocietate detinētur: ſicut reli
gio loquit: q̄ nec fallit nec fallit:
nō ſicuti iſte quaſi omni vēto doc
trine hinc atq̄ inde p̄flat⁹ ⁊ falſis
vera p̄miſcēs: dolet q̄ſi perituraꝫ
religionē quē poſtea cōfitet erro
rē. Poſt mlta eīm ad h̄ ip̄m redit:
vt iterū dicat de dijs q̄s hoīes fe
cerūt ita loquēs. Sed iā d̄ talib⁹
ſint ſat̄ dicta talia. Iterū inq̄t ad
hoiem rōemq̄ redeam⁹: ex q̄ diui
no dono homo aīal dictū ē ratio
nale. Min⁹ eīm mirāda: ⁊ ſi mirā
da ſunt q̄ de hoīe dicta ſūt: oīum
eīm mirabiliū vicit admirationeꝫ:
q̄ hō diuinā potuit inuenire natu
ram: eāq̄ efficere. Ca. XXIIII

Quoniam ergo p̄aui nr̄i mul
tū errabāt circa deoꝝ rōneꝫ
increduli: ⁊ nō aīaduertentes ad
cultum religionēq̄ diuinā: iuene
rūt artē qua efficerēt deos. Cui in
uēte adiunxerūt virtutē de mūdi
natura ꝯuenientēz eāq̄ miſcētes:
q̄m aīas facere nō potuerūt: euo
cātes aīas demonū vel angelorū
eas indiderūt imaginib⁹ ſcis diui
niſq̄ myſterijs: p̄ quas idola ⁊ be
nefaciēdi ⁊ male: vires habere po
tuiſſent. Neſcio vtrū ſic ꝯfiterent
ipi demones adiurati: quō iſte cō
feſſus ē. Qm̄ inquit p̄aui nr̄i mul
tū errabāt circa deoꝝ rōem incre
duli: ⁊ nō aīaduertētes ad cultuꝫ
religionēq̄ diuinā iuenerūt artē
q̄ efficerēt deos. Nūquid ſaltē me
diocriter eos dixit erraſſe vt hāc
artē iuenirēt faciēdi deos: aut ꝯtē
tus fuit dicere errabāt: niſi adde
ret ⁊ diceret mltū errabāt: Iſte ḡ
mult⁹ error ⁊ icredulitas nō aīad
uertētiū ad cultū religionēq̄ diui
nā iuenit artē qua efficeret deos.
Et tamē q̄ mult⁹ error ⁊ incredu
litas: ⁊ a cultu ac religiōe diuina
auerſio animi: iuenit vt hō arte fa
ceret deos: h̄ dolet vir ſapiēs tan
q̄ religionē diuinā venturo certo

quo ſpiri
tu talia di
cebat: ⁊ q̄
ſp̄ū talia
p̄dicabat
et patent
oīa. Dein
bis aūt ei
us ad hāc
materiaꝫ
p̄tinētib⁹
pluſ dicit
infra ca.
xxvj. Ter
tio ibi.
Poſt mlt
ta eīm ⁊c.
ponit dic
ta trime
giſti qui
bus erro
rē magnū
eoꝝ q̄ de
os faciūt
cōfitet q̄
dicta au
guſtinus
magis p̄
ſequit in
ſequētib⁹
Capitulū
XXIIII
Quo
niaꝫ
ḡ ⁊c. In h̄
capitl̄o p̄
tractat au
guſtin⁹ di
cta trime
giſti: ⁊ fac
hic duo:
q̄ p̄mo p̄
tractat tri
a dicta ei
us in p̄ce
denti capi
tulo reci
tata: ſcdo
oſtēdit tri
megiſtuꝫ
rationabi
lius dixiſ
ſe q̄ apu
leiuꝫ quo
ad aliqua
ibi: deos
ergo taleſ
In p̄ma
ſcdo p̄te fa
cit tria: nā
p̄mo oſtē
dit q̄ ter
tiū dictuꝫ
trimegiſti
dictū ſuū

pꝛimū de
ſtruit ꝛ pa
tet ꝗ littera
Secūdo ibi
b Si n.
ꝛc oſtēdit
ꝙ nō ē ne
ceſſe nob
ꝯ ipſū ar
guere q̄a
ſatiſ ōſtru
it deā ſua
pꝛopꝛia. ꝛ
pꝫ totus
Tertiō ibi
c Niſi q̄s
tas poſ
ſumꝰ gra
tiaſ ꝛc. oñ
dit ꝙ deo
ſūt a nob
gratię re
ferēde q̄ ꝑ
ieſū adim
pleuit qđ
trimegiſtꝰ
in ſuo ſecū
do dicto
de deoꝝ
deſtructi
one ꝑdix
it. Et facit
h̄ duo q̄a
ꝑmo oſtē
dit ꝙ ñ ſo
lū in ęgyp
to ſ; etiaꝫ
alibi i mū
do deſtru
cti ſūt dij
ad qđ cla
riꝰ viden
dum. pſal
muꝫ. xcv.
in q̄ h̄ pro
phetatuꝫ
fuit expo
nit. ꝛ pꝫ i
t̄x̄ō augu
ſtini. Se
cūdo ibi
d Qui ḡ
doluit vē
tuꝝ ꝛc. oñ
dit q̄mo
do diuer
ſimode ꝓ
phetę ſan
cti. ꝛ Tri
megiſtꝰ af
fecti erāt
circa ea q̄
ꝑdixerūt.
ꝛ patet to
tum.

tempore auferri. Uide ſi nō et di
uinās maioꝝ ſuoꝝ errorē ꝑteritū
ꝑdere: ꝛ etiā vi diabolica penā de
monū futuraꝫ dolere cōpellit. Si
enī ꝓaui eoꝝ multū errādo circa
deoꝝ rōnē incredulitate ꝛ auerſi
one animi a cultu ac religione di
uina inuenerūt artē qua deos effi
cerēt: quid miꝝ ſi hęc ars deteſtā
da: quicq̄d facit auerſa a religiōe
diuina: auferat a religione diuina
cū veritas emēdet errorē: fides re
darguat icredulitatē: ꝯuerſio cor
b rigat auerſionē. Si enī tacitis cau
ſis dixiſſet pꝛoauos ſuos inueniſ
ſe artē q̄ deos facerēt: noſtruꝫ fuit
vtiq̄ ſi quid rectū piumq̄ ſapere
mꝰ attendere ꝛ videre nequaq̄ il
los ad hāc ꝑtē ꝓuenturos fuiſſe q̄
homo deos facit ſi a veritate non
aberrarēt. Si ea q̄ deo digna ſunt
crederēt: ſi animū aduerterent ad
cultū religionēq̄ diuinaꝫ. Et tñ ſi
cauſas artis huꝰ nos diceremus
multū errorē hoim ꝛ icredulitatē
ꝛ animi errātis atq̄ infidelis a di
uina religione auerſionē: vtcunq̄
ferenda eſſet impudētia reſiſtētiū
veritati. Cū vero idē ipe qui ꝑtātē
huꝰ artis ſuꝑ oīa cętera miratur in
hoīe: qua illos deos facere cōceſ
ſuꝫ ē: ꝛ dolet vētuꝝ eſſe tempus: q̄
hęc oīa deoꝝ figmēta ab hoibus
inſtituta etiā legibꝰ iubeantur aufer
ri: confitetur tñ atq̄ exprimit cauſas
quare ad iſta ꝓuentū ſit: dicēs ꝓa
uos ſuos multo errore ꝛ increduli
tate ꝛ animū ñ aduertēdo ad cul
tum religionēq̄ diuinā inueniſſe
hāc artē qua facerent deos. Nos
q̄d opoꝛtet dicere vel potius q̄d
c agere: niſi q̄ntas poſſumꝰ gratias
dño deo noſtro: qui hęc cōtrarijs
cauſis q̄ iſtituta ſūt abſtulit: Nā
quod inſtituit multitudo erroꝛis:
abſtulit illa veritatis: qđ inſtituit
incredulitas abſtulit fides: qđ in
ſtituit a cultu diuinę religiōis auer
ſio: abſtulit ad vnum verū deum
ſanctūq̄ cōuerſio. Nec i ſola ęgy
pto quā ſolā in iſto plangit demo
nū ſpiritus: ſed in omni terra qua
cantatur dño canticū nouū: ſicut ve
rę ſacrę et vę ꝓphetice lr̄e ꝑnūcia

uerūt. Ubi ſcriptū eſt: Cantate dño can ‖ Pſ. 95.
ticū nouū: cantate dño oīs terra. Titulus
quippe pſalmi huꝰ eſt: quādo domꝰ ędifi
cabatur poſt captiuitateꝫ. Edificatur enim
domus dñi ciuitas dei: quę ē ſancta eccle
ſia in omni terra: poſt eā captiuitatem q̄ il
los homines de q̄bus credentibꝰ in deuꝫ
tanq̄ lapidibꝰ viuis domus ędificatur cap
tos demonia poſſidebāt. Neq̄ enī quia
homo deos faciebat: ideo nō ab eis poſſi
debatur ipſe qui fecerat: quādo in eoꝝ ſo
cietatē colendo traducebatur. Societatem
dico: nō idoloꝝ ſtolidoꝝ ſed verſutoꝝ
demonioꝝ. Nā quid ſunt idola niſi ꝙ ea
dē ſcriptura dicit: Oculos habēt ꝛ nō vi ‖ Pſ. 113.
debūt: ꝛ quicq̄d tale d̄ materijs licet a fa
bro effigiatis: tñ vita ſenſuq̄ carētibus di
cendū fuit: Sed imundi ſpiritꝰ eiſdem ſi
mulachris arte illa nefaria colligati culto
rū ſuoꝝ aīas in ſuā ſocietatē redigēdo mi
ſerabiliter captiuauerāt. Uñ dicit apoſto
lus: Scimꝰ q2 nihil ē idolū: ſ; q̄ ſacrificāt ‖ j. Corinth. 10
gētes demonijs immolāt ꝛ nō deo: nolo
vos ſocios fieri demonioꝝ. Poſt hāc er
go captiuitatē qua hoīes a malignis de
monibꝰ tenebantur: dei domꝰ ędificabatur
in oī terra: vñ titulum ille pſalmꝰ accepit
vbi dicitur. Cantate domino canticū nouū ‖ Pſ. 95.
cantate dño oīs terra. Cantate dño ꝛ bñ
dicite nomini eiꝰ: bñ nūciate diē ex die ſa
lutare eiꝰ. Anūciate in gētibꝰ gloriā eius
in oībꝰ ꝓplis mirabilia eiꝰ. Quoniā mag
nus dñs ꝛ laudabilis nimis: terribilis eſt
ſuꝑ oēs deos. Qm̄ oēs dij gētiū demo
d nia: dñs autem cęlos fecit. Qui ḡ doluit
vētuꝝ fuiſſe tp̄s q̄ auferretur cultus idoloꝝ
ꝛ in eos q̄ colerēt dñatio demonioꝝ ma
lo ſpū inſtigatꝰ: ſꝑ volebat iſtaꝫ captiui
tatē manere: q̄ trāſacta pſalmꝰ canit ędi
ficari domū in oī terra. Pꝛenūciabat illa
hermes dolendo: ꝑnunciabat h̄ ꝓpheta
gaudēdo. Et q2 ſpūs victoꝛ ē q̄ h̄ ꝑ ſan
ctos ꝓphetas canebat: etiaꝫ hermes ipe
ea q̄ nolebat et dolebat auferri: nō a pru
dentibꝰ et fidelibꝰ ꝛ religioſis: ſ; ab errāti
bꝰ ꝛ incredulis ꝛ a cultu diuinę religiōis
auerſis eē inſtituta: miris modis coactꝰ
ē ꝯfiteri. Qui q̄uis eos appellet deos: tñ
cū dicit a talibꝰ hoibꝰ factos: q̄les eē vti
q̄ nō debemꝰ: velit nolit oñdit colendos
nō eē ab eis q̄ tales nō ſūt: quales fuerūt
a q̄bꝰ facti ſūt: h̄ ē a prudētibꝰ fidelibꝰ reli
gioſiſq̄ ſimul etiā demōſtrās: ipos hoīes
qui eos fecerūt ſibimet impoꝛtaſſe vt eos

e Deos ergo tales ⁊c. Hic oſtẽdit q᷑ quãtũ ad aliqd rõnabilius dixit trimegiſtus q̃ apuleius in hoc q᷑ nõ poſuit deos q̄s ab hoĩb⁹ dixit fieri eſſe mediatores inter nos et deos. ſic apuleius poſuit demões mediatores int̃ nos ⁊ deos. et q᷑ in h̄ rõnabilius dixerit probat tripliciť. primo q: iſti facti ſunt a hominib⁹ licet in rei veritate ſint demones. ergo nõ eſt veriſimile q᷑ plus poſſint apud deos quos de⁹ fecit q̃ hõ q̄ eos deos fecit. Secũdo q: habẽt mores turpiſſimos et peſſimos. Tertio q: hoĩes lic; mali et idolatre ſint. adhuc ſũt dijs illis id eſt demonib⁹ meliores id ẽ minus mali. vnde iſti ſc; demones cum dijs a deo factis quos nos bonos angelos vocam⁹ nullã omĩno habẽt amiciciam ⁊c.

Hiere. 2

haberẽt deos q̄ dij nõ erãt. Uerũ eſt quippe illud ꝓpheticũ: ſi facit homo deos: et ecce ipſi nõ ſũt dij. e Deos ergo tales: taliũ deos arte factos a talib⁹: cũ appellaſſet hermes id eſt idolis demones per artẽ neſcio quã cupiditatũ ſuaꝝ vinculis illigatos: cũ appellaret factos ab hoĩb⁹ deos: nõ tñ eis dedit quod platonicus apuleius vnde iã ſatis dixim⁹: ⁊ q̃ ſit incõueniẽs abſurdũq; mõſtrauim⁹: vt ipſi eſſent interp̄tes et interceſſores inter deos quos facit deus: ⁊ hoĩes quos idẽ ipe fecit deus hinc afferentes vota: inde munera referentes. Nimis enĩ ſtultũ eſt credere deos quos fecerũt hoĩes: plus valere apud deos quos fecit deus: q̃ valent ipſi hoĩes quos idẽ ipe fecit de⁹. Demon quippe ſimulachro arte impia colligat⁹ ab hoĩe factus eſt de⁹: ſ; tali hoĩe nõ oĩm hoĩe. Qualis eſt ergo iſte deus quem nõ faceret homo: niſi errãs ⁊ incredulus ⁊ auerſus a vero deo. Porro ſi demones qui colũt̃ in templis ꝑ artẽ neſcio quã imaginib⁹ inditi: hoc ẽ viſibilib⁹ ſimulachris: ab eis hominib⁹ q̄ hac arte fecerũt deos aberrarẽt: auerſiq; eſſent a cultu et religione diuina: nõ ſũt internũcij nec interp̄tes inter hoĩes ⁊ deos: ⁊ ꝓpter ſuos peſſimos ac turpiſſimos mores: ipſi etiã hoĩes q̃uis errãtes et increduli et auerſi a cultu ac religiõe diuina: tñ eis ſine dubio meliores ſunt quos deos ipſi arte fecerũt: reſtat vt quod poſſunt tanq; demones poſſint: vel quaſi beneficia p̄ſtãdo magis nocentes: q: magis decipiẽtes: vel aperte malefaciẽdo. Nec tñ quodlibet horũ niſi qñ et quãtum ꝑmittũtur alta et ſecreta dei prouidẽtia: nõ aũt tanq; medij inter hoĩes et deos per amicitiã deoꝝ multũ apud hoĩes valeãt. Hi enĩ dijs bonis quos ſãctos angelos vocam⁹ rõnaleſq; creaturas ſancte celeſtis habitationis: ſiue ſedes ſiue dñationes ſiue principatus ſiue poteſtates amici eſſe omĩno non poſſunt: a quibus tam longe abſunt animi affectione: q̃ longe abſunt a virtutibus vitia: et a bonitate malicia.

Capi. XXV

a Nullõ modo igit̃ quaſi per demonũ medietatẽ: ambiendũ eſt ad beniuolẽtiã ſeu beneficiẽtiã deorũ vel potius bonorũ angeloꝝ: ſed ꝑ bone volũtatis ſimilitudinẽ: qua cũ illis ſumus: et cũ illis viuim⁹: et cũ illis deũ quẽ colunt colim⁹: et ſi eos carnalib⁹ oculis videre nõ poſſumus: inquãtũ aũt diſſimilitudine voluntatis ⁊ fragilitate infirmitatis miſeri ſum⁹: intantũ ab eis longe ſum⁹: vite merito: non corporis loco. Non enĩ q: in terra cõditione carnis habitam⁹: ſed ſi per immũdiciã cordis terrena ſapimus nõ eis iungimur. Cum vero ſanamur: vt quales ipſi ſimus: fide interim illis ꝓpinquamus: ſi ab illo nos fieri beatos a quo et ipſi facti ſunt etiam ipſis fauẽtib⁹ credim⁹.

Ca. XXVI

a Sanẽ aduertendũ eſt: quõ iſte egyptius cum doleret tempus eſſe venturũ quo illa auferrent̃ ex egypto: que fatetur a multũ errantib⁹ ⁊ incredulis: et a cultu diuine religionis auerſis eſſe inſtituta. Ait int̃ cetera: tũc terra iſta ſanctiſſima ſedes delubroꝝ atq; temploꝝ: ſepulchrorũ erit mortuorũq; pleniſſima. Quaſi vero ſi illa nõ auferrent̃: nõ eſſent hoĩes morituri: aut alibi eſſent mortui ponẽdi q̃ in terra. Et vtiq; quãto plus voluerentur tp̄is et dierũ longitudo: tãto maior eſſet numerus ſepulchrorum: ꝓpter maiorẽ numerũ mortuorũ. Sed hoc videt̃ dolere q᷑ memorie martyrũ nr̃oꝝ templis eoꝝ delubriſq; ſuccederẽt: vt videlicet q̄ hec legũt animo a nobis auerſo atq; ꝑuerſo putent a paganis deos cultos fuiſſe in tẽplis: a nobis autẽ coli mortuos in ſepulchris. b Tanta enĩ hoĩes impij cecitate in mõtes quodã

Ca. XXV a Nullo modo ⁊c. In h̄ ca. cõcludit. b. aug⁹ ex p̄ri⁹ oſtẽſis q᷑ ad beniuolẽtiã deorũ a deo factoꝝ id eſt ſctõꝝ angelorũ nõ poſſum⁹ ꝑ mediationẽ demonũ ꝑuenire.

Ca. XXVI a Sane aduertendũ eſt ⁊c. In hoc ca. ꝑtractat aug⁹ verba trimegiſti q̄bus p̄dixit delubroꝝ et idoloꝝ multitudini memoriã martyrũ ſucceſſuras. Et facit in h̄ ca. duo. primo enĩ oſtẽdit quõ verba eius que hic ponit licet vera eſſẽt tñ ad hoc videntur ꝓlata ⁊ eo mõ ꝓbata vt in mẽtib⁹ infideliũ falſã de xp̄ianiſ opinionẽ generarẽt videlicet q᷑ xp̄iani colũt homines mortuos tanq; deos. ⁊ p; in lr̃a. Secũdo ibi b Tãta enĩ hoĩes impij ⁊c. oſtẽdit q᷑ illud qḋ falſo credũt infideles d̃ xp̄ianis ſit verũ de ipſis infidelib⁹. q: ipſi infideles in rei veritate credũt deos q̄ ſunt homines mortui. Et facit hic

lo fine prioꝝ ⁊ poſteriorū certis interuallis
⁊ dimenſiōib⁹ ſeculoꝝ factū eſſe ⁊ futuꝝ:
⁊ hoc ꝓpterea vt poſſint deo circuitib⁹ de
finitis: euntib⁹ ſemꝑ atq̃ redeūtib⁹ per no
ſtras falſas beatitudines ⁊ veras miſerias
alternatim q̃dē ſed in reuolutione inceſſa-
bili ſempiternas nota eſſe opera ſua: quo-
niã neq̃ a faciēdo quieſcere: neq̃ q̃ſcēdo
poſſit q̃ infinita ſūt indagare. Quis h̄ au-
diat? Quis credat? Quis ferat? Quę ſi ve-
ra eſſent nō ſolū tacerent prudēti⁹: veꝝ eti
am vt quomō valeo dicã qđ volo: docti⁹
neſcirent. Nã ſi h̄ illic in memoria non ha
buerim⁹: ⁊ ideo beati erim⁹: cur hic ꝑ eorū
ſcientiã grauat ampli⁹ noſtra miſeria? Si
aūt ibi ea neceſſario ſcituri ſum⁹: hic ſaltē
neſciam⁹: vt h̄ felicior ſit expectatio q̃ illic
adeptio ſūmi boni: quãdo h̄ ęterna vita cō
ſeq̄nda expectat: ibi aūt beata ſ; nō ęterna
q̃nq̃ amittēda cognoſcit. Si aūt dicūt ne-
minē poſſe ad illã beatitudinē ꝑuenire: niſi
hos circuit⁹ vbi beatitudo ⁊ miſeria viciſ-
ſim alternãt: in hui⁹ vitę eruditione cogno
uerit: quō ergo fatēt q̃to plus quiſq̃ ama
uerit deū: tanto eū facili⁹ ad beatitudinem
ꝑuenturū: qui ea docēt: quib⁹ amor ipē tor
peſcat? Nã quis nō remiſſius ⁊ tepidius
amet eū quē ſe cogitat neceſſario deſertuꝝ
⁊ cōtra eius veritatē ſapientiãq̃ ſenſurū: ⁊
hoc cū ad ei⁹ plenã ꝓ ſua capacitate noti-
ciã: beatitudinis ꝑfectione ꝑuenerit: quan
do nec hoīeʒ amicū poſſit quiſq̃ amare fi-
deliter cui ſe futuꝝ nouit inimicū? Sʒ abſit
vt vera ſint q̃ nobis minant verã miſeriaʒ
nunq̃ finiēdam: ſ; interpoſitione falſę bea-
titudinis ſępe ac ſine fine rumpēdã. Quid
eniʒ illa beatitudine falſi⁹ atq̃ fallaci⁹: vbi
nos futuros miſeros: aut in tanta veritatis
luce neſciam⁹: aut in ſūma fęlicitatis arce
timeam⁹? Si eni futuraʒ ibi calamitatē ig-
noraturi ſum⁹: peritior eſt hic noſtra miſe-
ria: vbi futuram beatitudineʒ nouim⁹. Si
aūt nos illic clades imminēs nō latebit: bea
tius tēpora tranſigit aīa miſera: q̃b⁹ trãſac
tis ad beatitudinē ſubleuet: q̃ beata q̃b⁹
trãſactis i miſeriã reuoluat. Atq̃ ita ſpes
noſtrę infęlicitatis ē fęlix: ⁊ fęlicitatis infę-
lix. Vñ fit: vt q: hic mala ꝑſentia patimur
vbi metuim⁹ imminētia: veri⁹ ſꝑ miſeri q̃ bea
ti aliquãdo eſſe poſſim⁹. Sʒ quoniã h̄ fal-
ſa ſūt clamãte pietate: cōuincēte veritate:
illa enim nobis veraciter promittitur vera
fęlicitas cui⁹ erit ſemper retinenda: ⁊ nulla
infęlicitate rūpenda certa ſecuritas: viam
rectã ſeq̄ntes quę nobis ē xp̄s: eo duce ac
ſaluatore a vano ⁊ inepto impioꝝ circuitu
iter fidei mentēq̃ auertam⁹. Si eni de iſtis
circuitib⁹: ⁊ ſine ceſſatione alternãtib⁹ itio-
nibuſ ⁊ reditionib⁹ animaruʒ: porphyrius
platonic⁹ ſuoruʒ opinionē ſequi noluit ſi-
ue ipſius rei vanitate ꝑmotus: ſiue iã tēpo
ra xp̄iana reuerit⁹: ⁊ qđ in libro decimo cō
memoraui: dicere maluit: animã ꝓpt cog-
noſcēda mala traditã mundo: vt ab eis li-
berata atq̃ purgata: cū ad patrē redierit:
nihil vlteri⁹ tale patiat: q̃tomagis nos iſtã
inimicã xp̄ianę fidei falſitatem deteſtari ac
deuitare debem⁹? His aūt circuitib⁹ eua-
cuatis atq̃ fruſtratis: nulla neceſſitas nos
cōpellet ideo putare nō habere initiū tem
poris ex q̃ eſſe ceperit genus hūanū: q: ne-
ſcio ꝑ q̃s circuit⁹ nihil ſit in rebus noui: qđ
nō ⁊ antea certis interuallis temporꝝ fuerit
⁊ poſtea ſit futurū. Si eni liberat aīa nō re
ditura ad miſerias: ſicut nunq̃ antea libe
rata eſt: fit in illa aliq̄d qđ antea nunq̃ fa-
ctum eſt: ⁊ hoc quidē valde magnū: id ē q̃
nunq̃ ei deſinat ęterna fęlicitas. Si autem
in natura immortali fit tanta nouitas: nul-
lo repetita nullo repetenda circuitu: cur i
reb⁹ mortalib⁹ fieri non poſſe cōtendit? Si
dicūt non fieri in anima beatitudinis noui
tatem: quoniã ad eam reuertit: in qua ſem
per fuit: ipſa certe liberatio noua fit: cuʒ de
miſeria liberatur: in qua nunq̃ fuit: ⁊ ipſa
miſerię nouitas in ea facta ē q̃ nunq̃ fuit.
Hęc aūt nouitas ſi nō in rebus quę diui-
na prouidentia gubernant ordine venit ſ;
caſu potius euenit: vbi ſunt illi determina-
ti: dimenſiq̃ circuitus: in quib⁹ nulla noua
fiunt: ſed repetunt eadē q̃ fuerunt? Si aūt
⁊ hęc nouitas ab ordinatione diuinę ꝓui-
dētię nō excludit: ſiue elata ſit aīa: ſiue lap
ſa ſit: pōt fieri noua q̃ neq̃ ãtea facta ſunt:
nec tamē a reꝝ ordine aliena ſunt. Et ſi po-
tuit anima facere per imprudentiã ſibi no-
uaʒ miſeriã: quę nō eſſet improuiſa diuinę

prouidẽtię: vt hanc quoqꝫ in rerũ ordinẽ
includeret: et ab hac eã nõ improuide li-
beraret: qua tãdẽ temeritate humanę va
nitatis: audemꝰ negare diuinitatẽ facere
poſſe res nõ ſibi ſꝫ mũdo nouas q̃s neqꝫ
antea fecerit: neqꝫ vnq̃ꝫ habuerit improui
ſas? Si autẽ dicũt liberatas q̇dẽ aĩas ad
miſeriã nõ reuerſuras: ſꝫ cũ hoc fit in rebꝰ
nihil noui fieri: q̃m ſemꝑ alię atqꝫ alię li-
beratę ſũt: ⁊ liberãt̃: ⁊ liberabũt̃: hoc cer-
te ꝯcedũt: ſi ita eſt nouas aĩas fieri: q̇bus
fit ⁊ noua miſeria: ⁊ noua liberatio. Nã ſi
antiquas eas dicũt eſſe ⁊ retrorſũ ſempi-
ternas: ⁊ ex q̇bꝰ quotidie noui fiãt hoĩes:
de quoꝝ corꝑibꝰ ſi ſapiẽter vixerint ita li-
berẽt̃ vt nũq̃ꝫ ad miſerias reuoluãt̃: ꝯſe-
quẽter dictum ſũt infinitas. Quãtuslibet
nanqꝫ finitus numerus fuiſſet aĩaꝝ: infi-
nitis retro ſęclis ſufficere nõ valeret: vt ex
illo ſemꝑ fierent hoĩes quoꝝ eſſent aĩę ab
iſta ſemꝑ mortalitate liberãdę: nunq̃ꝫ ad
eã deinceps redituræ. Nec vllo mõ expli
cabũt quõ in rebꝰ quas deo notas eſſe: co
ꝙ ſint infinitę: nõ volũt infinitꝰ ſit numerꝰ
aĩaꝝ. Quapropt̃ q̃m circuitꝰ illi iã explo-
ſi ſunt: quibꝰ ad eaſdẽ miſerias neceſſa-
rio putabat̃ aĩa reditura: quid reſtat con
uenientꝰ pietati: q̃ꝫ credere nõ eſſe impoſſi
bile deo: et ea quę nũq̃ꝫ fecerit noua face-
re: et ineffabili pręſciẽtia volũtatẽ muta-
bilem non habere? Porro autẽ vtrũ ani
marum liberatarũ nec vlterius ad miſe-
rias rediturarꝫ: numerus poſſit ſemꝑ au-
geri: ipſi viderint qui de rerũ infinitate co
hibẽda: tam ſubtiliter diſputãt: nos vero
ratiocinationẽ nr̃am ex vtroqꝫ latere ter-
minamꝰ. Si eni põt: quid cauſe eſt vt ne-
get̃ creari potuiſſe qd̃ nunq̃ꝫ antea crea-
tũ eſſꝫ: ſi liberataꝝ aĩaꝝ numerus q̇ nũq̃ꝫ
antea fuit: nõ ſolũ factꝰ eſt ſemel: ſꝫ nunq̃ꝫ
fieri deſinet? Si aũt oportet vt certus ſit li
berataꝝ aliq̇s numerus aĩaꝝ: quę ad mi-
ſeriã nunq̃ꝫ redeãt: neqꝫ iſte numerus vl-
teriꝰ augeat̃: etiã ipſe ſine dubio quicũqꝫ
erit añ vtiqꝫ nũq̃ꝫ fuit. Qui ꝓfecto creſce
re ⁊ ad ſuę quãtitat̃ terminũ ꝑuenire: ſi-
ne aliquo non poſſet initio. Quod initiũ
q̃m antea nũq̃ꝫ fuit: hoc ergo vt eſſꝫ: crea
tus eſt hõ: añ quẽ nullus fuit. Ca. XXI

Hac igit̃ queſtione difficillima ꝓpter
eternitatẽ dei noua creãtis ſine no-
uitate aliq̃ volũtat̃ quãtũ potuimꝰ expli-
cata: nõ eſt arduũ videre multo fuiſſe me
lius qd̃ factũ eſt: vt ex vno hoĩe quẽ ꝑmũ
cõdidit: multiplicaret genus humanũ: q̃ꝫ
ſi id inchoaſſet a pluribꝰ. Nam cũ animã
tes alias ſolitarias et quodãmõ ſolua-
gas: id eſt quę ſolitudinẽ magis appetãt:
ſicuti ſũt aquilę: miluii: leones: lupi: ⁊ quę
cũqꝫ alia ita ſũt: alias vero gregales inſti
tuerit q̇ cõgregatę atqꝫ in gregibꝰ malint
viuere: vt ſũt colũbi: ſturni: cerui: dãmu-
lę: ⁊ cętera hmõi: vtrꝫqꝫ tñ genꝰ nõ ex ſin
gulis ꝓpagauit: ſꝫ plura ſimꝰ iuſſit exiſtere.
Hominẽ vo cuiꝰ naturã quodãmõ me-
diã inter angelos beſtiaſqꝫ cõdebat: vt ſi
creatori ſuo tanq̃ꝫ vero dño ſubditus pręcep-
tũ eius pia obediẽtia cuſtodiret: in cõ
ſortiũ trãſiret angelicũ ſine morte media:
btãm imortalitatẽ ſine vllo termino ꝯſecu
tus: ſi aũt dñm deũ ſuũ libera volũtate ſu
perbe atqꝫ inobediẽter vſus offenderet:
morti addictꝰ beſtialiter viueret: libidinis
ſeruꝰ: ęternoqꝫ poſt mortẽ ſupplicio deſti-
natꝰ: vnũ ac ſingulũ creauit: nõ vtiqꝫ ſolũ
ſine humana ſocietate deſerẽdũ: ſꝫ vt eo
mõ vehemẽtiꝰ ei cõmẽdaret̃ ipſiꝰ ſocietat̃
vnitas vinculũqꝫ cõcordię: ſi nõ tm̃ inter
ſe naturę ſimilitudine: verũ etiã cogna-
tiõis affectu hoĩes necterẽt̃: q̃n nec ipam
q̇dẽ feminã copulãdã viro ſic ipm̃ creare
illi placuit: ſꝫ ex ipſo vt oĩne ex hoĩe vno
diffunderet̃ genus humanũ. Capi. XXII

Nec ignorabat deꝰ hoĩem peccaturꝝ:
et morti iã obnoxiũ: morituros ꝓpa
gaturꝝ eoqꝫ ꝓgreſſuros peccati imanita-
te mortales: vt tutius atqꝫ capaciꝰ inter ſe
rõnalis volũtat̃ expertes beſtię ſui gene-
ris viuerẽt: quaꝝ ex aquis ⁊ terris pluri-
mũ pupllulauit exordiũ: q̃ꝫ hoĩes quorũ
genꝰ ex vno eſt ad cõmẽdandã cõcordiã
ꝓpagatũ. Neqꝫ eni vnq̃ꝫ inter ſe leones:
aut inter ſe dracones: qualia hoĩes bella
inter ſe geſſerũt. Sed ꝑuidebat etiã deus
grã ſua populũ pioꝝ in adoptionẽ vocã
dum remiſſiſqꝫ pctis iuſtificatũ ſpũ ſctõ:
ſctis ãgelis in eterna pace ſociãdũ: nouiſ
ſima inimica morte deſtructa cui ꝑplo eſ-
ſet huiꝰ rei ꝯſideratio ꝓfutura: ꝙ ex vno
homine deus ad cõmendãdũ hominibꝰ
q̃ꝫ ei grata ſit etiam in pluribus vnitas
genus inſtituiſſet humanũ. Capi. XXIII

Fecit ergo deꝰ hoĩem ad imaginẽ et Gene. i
ſimilitudinẽ ſuã. Talem quippe illi
aĩam creauit qua ꝑ rõnẽ atqꝫ intelligẽtiã
oĩbꝰ eſſet pſtantior aĩalibꝰ terreſtribꝰ et
natatilibꝰ ⁊ volatilibꝰ: quę mẽtẽ hmõi nõ
haberent. Et cum virũ terreno formaſſet

ex puluere:eiq̄; aīam qualē dixi:ſiue quā
iam fecerat ſufflādo īdidiſſet: ſiue poti⁹
ſufflando feciſſet:eūq̄; flatū quē ſufflādo
fecit(nā q̄d eſt aliud ſufflare q̄̄ flatū face-
re)aīam hoīs eſſe voluiſſet: etiā cōiugē il- Gene.2
li in adiutoriū generandi ex ei⁹ latere oſſe
detracto fecit vt deus. Neq̄; enī hec car-
nali ꝯſuetudine cogitāda ſūt: vt videre ſo
lem⁹ opifices ex materia q̄cunq̄; terrena
corꝑalib⁹ membris q̄ artis induſtria po-
tuerunt fabricātes: man⁹ dei potētia dei
eſt:q̄ etiā viſibilia īuiſibilit̄ operat̄. Sed
hec fabuloſa poti⁹ q̄̄ vera eſſe arbitrāt̄ q̄
virtutē ac ſapiētiā dei q̄ nouit ꝛ pōt etiā ſi
ne ſeminibus ipſa certa facere ſemina: ex
his vſitatiſ ꝛ quotidianis metiunt̄ opib⁹:
ea v̄o q̄ ꝑmit⁹ inſtituta ſūt: q̄m nō noueſt
īfideliter cogitāt:q̄ſi nō hec ipſa q̄ noueſt
de hūanis ꝯceptib⁹ atq̄; partub⁹:ſi etiā in-
expertis narrarent̄ incredibiliora viderēt̄:
q̄̄uis ꝛ ea ipā pleriq̄; mag. nature corꝑa-
lib⁹ cauſis q̄̄ opib⁹ diuine mētis aſſignēt.

In hoc ca. tangit opinionem platōis in thimeo q̄ pōit homines creatos a dō. ceteraq̄; alia creata eſſe a dijs minoribus q̄ creati ſunt ab ip̄o dō.

Ca.XXIIII.

SEd cū his nullū nobis
eſt in his libris negociū:qui diuinā
mēte facere vel curare iſta nō credūt. Illi
aūt q̄ platoni ſuo credūt: nō ab illo ſūmo
deo q̄ fabricat⁹ eſt mūdū:ſ; ab alijs mino
rib⁹ q̄s q̄dē ipſe creauerit:ꝑmiſſu ſiue iuſ-
ſu eius aīalia facta eſſe cūcta mortalia:in
q̄b⁹ hō p̄cipuū dijſq̄; ipſis cognitū tene-
ret locū:ſi ſupſtitiōe careāt:q̄ querūt vn̄
iuſte videant̄ ſacra ꝛ ſacrificia facere:q̄ſi cō
ditorib⁹ ſuis:facile carebūt etiā hui⁹ opi-
natiōis errore. Neq̄; enī fas eſt vllius na
ture q̄ualib; minime mortaliſq̄; creatorē
ſuum niſi deū credere ac dicere:ꝛ anteq̄̄
poſſit intelligi. Angeli aūt q̄s illi deos li-
bēti⁹ appellāt: etiā ſi adhibēt vel iuſſi vel
ꝑmiſſi opatiōnē ſuā rebus que gignūt̄ in
mūdo:tn̄ nō eos dicim⁹ creatores aīalū:
q̄̄ nec agricolas frugum atq̄; arborū.

Ca.XXV

CUm enī alia ſit ſpecies q̄
adhibet̄ extrinſecus cuicūq̄; mate-
rie corꝑali: ſic operāt̄ hoīes figuli ꝛ fabri
atq̄; id genus opifices qui etiā pingūt et
effingūt formas ſimiles corꝑib⁹ aīalium:
alia v̄o q̄ intrinſec⁹ efficiētes cauſas hn̄t
de ſecreto ꝛ occulto nature viuēt. atq̄; in
telligētis arbitrio: que nō ſolū naturales
corꝑm ſpecies: verū etiā ipſas animātū
aīas dū nō ſint facit:ſup̄dicta illa ſpecieſ
artificib⁹ q̄buſq̄; tribuat̄. Hec aūt altera
n̄ niſi vni artifici creatori ꝛ ꝯditori deo:q̄
mūdū ip; ꝛ āgelos ſine vllo mūdo:ꝛ ſine
vllis angelis fecit. Ab illa enī vi diuina q̄
oīm reꝝ diuiſiua:ꝛ vt ita dicā effectiua ē:
q̄ fieri neſcit ſ; facere:a q̄ accepit ſpeciē cū
mūdus fieret ꝛ rotūditas celi ꝛ rotūditas
ſolis:eadē vi diuina ꝛ effectiua q̄ fieri ne-
ſcit ſ; facere: accepit ſpeciē rotūditas ocu
li ꝛ rotūditas pomi:et cetere figure natu-
rales q̄s videm⁹ in reb⁹ q̄buſq̄; naſcētib⁹
nō extrinſecus adhiberi: ſ; intima creato
ris potētia:qui dixit:celū ꝛ terrā ego im- Iere.23
pleo:et cuius ſapiētia eſt q̄ attingit a fine Sapiē.8
vſq̄; ad finē fortit̄: et diſponit oīa ſuauit̄.
Proinde facti ꝑmit⁹ angeli ſi hmōi mini-
ſteriū p̄buerūt creatori cetera faciēti: ne-
ſcio: nec tribuere illis audeo qd̄ forte nō
pn̄t:nec debeo derogare qd̄ pn̄t. Creatio
nē tn̄ cōditionēq̄; oīum naturaꝝ: q̄ fit:vt
oīno nature ſint eis quoq̄; fauētib⁹ nō
faciētib⁹:illi deo tribuo cui ſe etiā ipſi de-
bere qd̄ ſūt: cū grāꝝ actiōe nouerūt. Nō
ſolū igit̄ agricolas nō dicim⁹ fructuū quo
rūq̄; creatores:cū legam⁹: Neq̄; q̄ plātat j.Corinth.3
eſt aliq̄d neq̄; q̄ rigat: ſ; q̄ incremētū dat
deus: ſ; ne ipām q̄dē terrā q̄̄uis mr̄ oīm
fecūda videat̄:q̄ germinib⁹ erūpētia pro
mouet:ꝛ fixa radicib⁹ ꝯtinet:cū ibidē le-
gam⁹: De⁹ illi dat corpus: quō voluerit: j.Corinth.15
ꝛ vnicuiq̄; ſeminū ꝓpriū corpus. Ita nec
feminaꝝ ſui puerperij creatricē appellare
debem⁹: ſ; poti⁹ illū q̄ cuidā ſuo famulo
dixit: priuſq̄̄ te formarē in vtero noui te. Hiere.j
Et q̄̄uis aīa ſic vel ſic affecta p̄gnātis va
leat aliq̄b⁹ velut induere q̄litatib⁹ fetū:ſic
de virgis variatis fecit iacob vt pecora Gene.30
colore vario gignerēt̄:natura tn̄ illa q̄ gi-
gnit̄:tā ipā nō fecit:q̄̄ nec ipā ſe fec. Que
libet igit̄ corꝑales vl' ſeminales cauſe gi-
gnēdis reb⁹ adhibeāt̄:ſiue opatiōib⁹ an-
geloꝝ aut hoīm aut quorūq̄; aīalū: ſiue
mariū feminarūq̄; mixtiōib⁹: quelibet
etiā deſideria motuſve aīe mrīs valeant
aliq̄d lineamētoꝝ aut coloꝝ aſpergere:te-
neris mollibuſq̄; cōceptib⁹: ipſas oīno
naturas q̄ ſic vel ſic in ſuo genere afficiā-
tur nō facit niſi ſūm⁹ de⁹:cui⁹ occulta potē
tia cuncta penetrās incōmutabili p̄ntia
facit eſſe q̄cq̄d aliq̄ mō ē: in q̄ātūcūq̄; ē:
q; niſi faciēte illo vt tale vl' tale eſſet:pror
ſus eſſe nō poſſet. Quapropt̄ ſi in illa ſpe
cie quā forinſecuſ corꝑalib⁹ artifices reb⁹
imponūt: vrbē romā et vrbē alexandriā
nō fabros ꝛ architectos:ſ; reges quoꝝ vo
lūtate: ꝯſilio ꝛ imperio fabricate ſūt: iſtā
romulū: illam alexādrū habuiſſe dicim⁹

cōditores:quāto poťꝰ nō niſi deū debemꝰ ꝯditorē dicere naturarū:q̄ neq̄ȝ ex ea materia facit aliq̄d:quā ipſe nō fecerit:nec operarios hȝ niſi q̄s ipſe creauerit: ⁊ ſi potentiā ſuā:vt ita dicā:fabricatoriā rebꝰ ſubtrahat: ita nō erūt ſicut añq̄ȝ fierēt nō fuerūt. Sȝ añ dico:eternitate nō tp̄e. Quis eni aliꝰ creator eſt tempoꝝ:niſi qui fecit ea quoꝝ motibus currerēt tempora. ¶ Capi. XXVI

Capi. XXVI ¶ Ita ſane plato ⁊c̄. In hoc ca. tangit opiniones platōis et porphyrii, de qbꝰ etiā plenius tractauit i libro .x. ſupra.

Ita ſane plato minores ⁊ a ſūmo deo factos deos effectores eē voluit aialiū ceteroꝝ: vt imortalē ptē ab ipſo ſumerēt: ipſi vō mortalē attexerent. Proinde aiaꝝ nr̄aꝝ eos creatores eē noluit ſꝫ corpm. Vñ qm̄ porphyrius ꝓpter aie purgationē dicit om̄e corpus fugiēdū:ſimulq̄ȝ cū ſuo platone aliiſq̄ȝ platonicis ſentit eos q̄ imoderate ac inhoneſte vixerint: ꝓpter luēdas penas ad corpa redire mortalia. Plato q̄dē etiā beſtiaꝝ:porphyriꝰ tātūmō ad hoim:ſequit̄ eos vt dicāt deos iſtos q̄s a nobis volūt: q̄ſi parētes ⁊ ꝯditores nr̄os coli: nihil eſſe aliud q̄ȝ fabros cōpedū carcerūue nr̄oꝝ: nec inſtitutores ſꝫ incluſores alligatoreſq̄ȝ nr̄os ergaſtulis erūnoſis ⁊ grauiſſimis vinculis. Aut ḡ deſināt platonici penas aiaꝝ ex iſtis corpibꝰ cōminari:aut eos nob̄ deos colēdos non p̄dicēt:q̄ꝝ in nobis opationē vt quātū poſſumꝰ fugiamꝰ ⁊ euadamꝰ hortant̄:cū tñ ſit vtrūq̄ȝ falſiſſimū. Nā neq̄ȝ ita luūt penas aie cū ad iſtam vitā penalē denuo reuoluūt̄: ⁊ oīm viuētiū ſiue in celo ſiue in terra:nll̄s eſt ꝯditor niſi a q̄ facta ſunt celū ⁊ terra. Nā ſi nll̄a cauſa eſt viuēdi in h̄ corpe niſi ꝓpter pēdēda ſupplicia: quō dic̄ idē plato aliter mūdū fieri nō potuiſſe pulcherrimū atq̄ȝ optimū niſi oīm aialiū id eſt imortaliū ⁊ mortaliū generibꝰ impleret̄: Si aūt nr̄a inſtitutio q̄ vl̄ mortales ꝯditi ſumꝰ diuinū munꝰ eſt: quō pena ē ad iſta corpa id ē ad diuina bñficia remeare: Et ſi deus qō aſſidue plato cōmemorat ſicut vniuerſi mūdi:ita cūctoꝝ aialiū ſpecieſ eterna intelligētia ꝯtinebat:quō nō ipſe cūcta ꝯdebat: An aliquoꝝ eē artifex nollet:q̄ꝝ efficiēdoꝝ artē ineffabilis eiꝰ et ineffabilit̄ laudabilis mēs haberet: Merito igit̄ vera ē religio:q̄ mūdi vniuerſi eū aialiū quoq̄ȝ vniuerſorū hoc eſt ⁊ aiaꝝ ⁊ corpm ꝯditorē agnoſcat et p̄dicat. In qbꝰ terrenis p̄cipuus ab illo ad eiꝰ imaginē hō ꝓpter eā cauſā quā dixi: ⁊ ſi q̄ forte alia maior latet factꝰ eſt vnꝰ:ſꝫ nō relicꝰ ſolus. Nihil eni eſt q̄ h̄ genꝰ tā diſcordioſuȝ vitio: tā ſociale natura. Neq̄ȝ commodius ꝯtra vitiū diſcordie vel cauēdū cū nōdū exiſteret: vel ſanādū cū extitiſſet natura loqueret̄ hūana: q̄ȝ recordationē illiꝰ parētis quē ꝓpterea deꝰ creare voluit vnū de q̄ multitudo ꝓpagaret̄: vt hac admonitione etiā in multis concors vnitas ſeruaret̄. Qꝫ vō femina illi ex eiꝰ latere facta eſt: etiā hinc ſat̄ ſignificatū eſt q̄ȝ cara mariti ⁊ vxoris debeat eſſe ꝯiūctio. Hec opa dei ꝓpterea ſūt vtiq̄ȝ inuſitata:qꝛ p̄ma. Qui aūt iſta nō credūt:nulla facta ꝓdigia dn̄t credere. Neq̄ȝ eni ⁊ ipſa ſi vſitato nature curriculo gignerēt̄:ꝓdigia dicerēt̄. Quid aūt tā ſub gubernatiōe diuine ꝓuidētie q̄uis eoꝝ cā lateat:q̄ȝ monſtra gignūt̄: Ait q̄dā pſalmꝰ ſacer. Venite ⁊ videte opa dn̄i:que poſuit ꝓdigia ſup terrā. Cur ergo ex latere viri femina facta ſit:⁊ hoc primū quodāmō ꝓdigium: quid p̄figurauerit alio loco quantū me deus adiuuerit dicam. ¶ Capi. XXVII

Gene. 2

Ps̄. 45

Nunc qm̄ liber iſte claudēdus ē: in h̄ p̄mo hoie q̄ p̄mitꝰ factꝰ eſt: nōdū q̄dē ſm euidētiā: iā tñ ſm dei p̄ſciētiā exortas fuiſſe exiſtimemꝰ in genere hūano ſocietates tanq̄ȝ ciuitates duas. Ex illo eni futuri erāt hoies: alii malis angelis in ſupplicio: alii boniſ in p̄mio ſociādi: q̄uis occulto dei iudicio: ſꝫ tñ iuſto. Cū eni ſcp̄tū ſit: Vniuerſe vie dn̄i miſericordia ⁊ veritas: nec iniuſta eiꝰ gr̄a: nec crudelis pōt eſſe iuſticia.

Ps̄. 24

¶ Explicitus eſt liber duodecimus.
¶ Incipiunt capitula libri tredecimi.

i De lapſu primoꝝ hominū per quem eſt contracta mortalitas.
ii De ea morte q̄ aie ſp̄ vtcūq̄ȝ victure accidere pt̄: ⁊ ea cui corpꝰ obnoxiū ē
iii Utrū mors q̄ p pctm̄ p̄moꝝ hoim in om̄es hoies ptrāſiit etiā ſctis pena
iiii Cur ab his q̄ p gr̄aȝ regene   pcti ſit. ratiōis ſūt abſoluti a pctō: nō aufe
v Qꝫ ſic iniq̄   rat̄ mors .i. pena pcti. male vtunt̄ lege q̄ bona eſt: ita iuſti bene vtunt̄ morte q̄ mala eſt.
vi De generalis mortis malo: quo anime ⁊ corpis ſocietas ſeparat̄.
vii De morte quā nō regenerati per chriſti confeſſionē ſuſcipiunt.
viii Qꝫ in ſctis p̄me mortis ꝓ veritate ſuſceptio: ſecūde ſit mortis abſolutio.
ix Tempus mortis q̄ vite ſenſus auferṫ in moriētibꝰ an in mortuis eſſe dicē
x De vita mortaliū q̄ mors   dū eſt. potius q̄ȝ vita dicēda eſt.

xj An q̄ſq̄ꝫ ſit ⁊ viuēſ poſſit eē ⁊ mortu⁹
xij Quā mortē p̄mis hoīb⁹ deus ſi mā-
datū ei⁹ trāſgrederet̄ fuerit cōmi-
xiij Preuaricatio p̄moꝝ hoīm: (nat⁹
quam primā ſenſerit penam.
xiiij Qualis hō ſit factus a deo:⁊ in quā
ſortē deciderit ſue volūtatis arbitrio
xv Q͛ adam peccās p̄us reliq̄rit deū: q̄ꝫ
relinq̄ret̄ a dō: ⁊ p̄mā fuiſſe aīe mor
xvj De p̄hīs q̄ aīe (tē a deo receſſiſſe.
ſep̄atione a corpe nō putāt eſſe pe
nalē: cū plato inducat ſūmū deū
minorib⁹ p̄mittētē: q̄ꝫ nūq̄ꝫ ſint cor
xvij Contra eos q̄ aſſe (porib⁹ exuēdi.
runt terrena corpa incorruptibilia
xviij De terrenis (fieri eterna nō poſſe.
corpib⁹ q̄ p̄hi affirmāt in celeſtib⁹
eē nō poſſe: q͛ qđ terrenū ē natura
li pondere vocet̄ ad terrā.
xix Cōtra eoꝝ dogmata: q̄ p̄mos hoīes
ſi nō peccaſſent imortales futuros
xx Q͛ caro ſctōꝝ q̄ (fuiſſe nō credūt.
nūc requieſcit in ſpe: in meliorē recu-
perāda ſit q̄litatē q̄ꝫ fuit p̄moꝝ ho-
xxj De p̄adiſo in q̄ pri (minū añ pctm
mi homies fuerāt: q̄ꝫ recte poſſit ſi-
gnificatiōe eius ſpirituale aliquid
intelligi: ſalua veritate narratiōis
hiſtorice de corporali loco.
xxij De corpib⁹ ſctōꝝ poſt reſurrectionē
q̄ ſic ſpiritalia erūt vt nō in ſpm̄ ca
xxiij Quid intelligēdū ſit de (ro v̄tat̄.
corpe aīali ⁊ de corpe ſpiritali vt q̄
moriūt̄ i adā: q̄ v̄o viuificāt̄ in xp̄o
xxiiij Qualit̄ accipiēda ſit vel illa inſuffla
tio in q̄ p̄m⁹ hō fact⁹ eſt in aīam vi
uētē: vel illa quā dn̄s fecit: dicēs:
accipite ſpiritū ſanctū.

Incipit liber tredecimus. Capi. i

Er-
tio
decimo
lib. p̄n-
cipalis
intētio
auguſti
ni verſa
tur circa
lapſum
p̄mi ho
minis
⁊ origi-
nē mor
tis.

Xpeditis de nr̄i ſeculi
exortu: ⁊ de initio gene-
ris hūani difficillimis
queſtiōib⁹: nūc iā de la-
pſu p̄mi hoīs imo p̄mo
rum hoīm: et de origine
ac p̄pagine mortis hūa
ne diſputationē a nobis inſtitutā reꝝ ordo
depoſcit. Nō eni eo mō q̄ angelos ꝯdide-
rat de⁹ ita ꝯdidit ⁊ hoīes: vt etiā ſi peccaſ-
ſent mori omnino nō poſſent: ſꝫ ita vt ꝑfun-
ctos obediētie munere: ſine interuētu mor
tis angelica imortalitas ⁊ btā eternitas ſe-
queret̄: inobediētes aūt mors plecteret dā
natiōe iuſtiſſima: qđ etiā in libro ſuperiore
Sed de ipſo gene- Ca. ii (iā dixim⁹.
re mort̄ video mihi paulo diligētius
diſſerēdū. Q͛uis eni humana aīa veracit̄
imortalis p̄hibeat̄: habꝫ tn̄ quādā etiā ipa
mortē ſuā. Nā ideo dicit̄ imortalis: q͛ mō
quodā quātulocūq̄ꝫ nō deſinit viuere atq̄ꝫ
ſentire. Corp⁹ aūt ideo ē mortale: q̄m a vi-
ta quā hꝫ deſeri p̄t: nec ꝑ ſeipm̄ aliq̄ten⁹ vi-
uit. Mors igit̄ aīe fit cū eā deſerit de⁹: ſic
corpis cū id deſerit aīa. Ergo vtriuſq̄ꝫ rei
id eſt toti⁹ hoīs mors ē: cū aīa a deo deſerta
deſerit corp⁹. Ita.n. nec ex dō viuit ipa: nec
corpus ex aīa. Huiōi aūt toti⁹ hoīs mortē
illa ſequit̄: quā ſecūdā mortē diuinoꝝ elo-
quioꝝ appellat auctoritas. Hāc ſaluator ſi
gnificauit: vbi ait. Eū timete q̄ hꝫ p̄tātē et Math. 10
corpus ⁊ aīam ꝑdere in gehēnā. Qđ cū n̄ Luc. 12
antea fiat q̄ꝫ cū aīa corpi ſic fuerit copula-
ta: vt nulla direptiōe ſeparent̄: mirū videri
p̄t quō corpus ea morte dicat̄ occidi: q̄ nō
ab aīa deſerit̄: ſꝫ aīatū ſentiēſq̄ꝫ cruciat̄. Nā
illa pena vltima ac ſempiterna: de qua ſuo
loco diligēti⁹ diſſerēdū eſt: recte mors aīe
dicit̄: q͛ nō viuit ex deo: mors aūt corpis q̄
nam mō: cū viuat ex aīa. Nō eni aliter p̄nt
ipa corpalia q̄ poſt reſurrectionē futura ſūt
ſentire tormēta. An q͛ vita q̄liſcūq̄ꝫ aliqđ
bonū eſt: dolor aūt malū: iō nec viuere cor
pus dicēdū eſt in q̄ aīa nō viuēdi cā eſt ſꝫ
dolēdi. Viuit itaq̄ꝫ aīa ex deo: cū viuit bn̄.
nō eni p̄ōt bn̄ viuere niſi deō operāte in ſe
qđ bonū ē. Viuit aūt corpus ex aīa: cū aīa
viuit in corpe: ſeu viuit ipa ſeu nō viuat ex
deo. Impioꝝ nāq̄ꝫ in corpib⁹ vita: nō aīaꝝ
ſꝫ corpm̄ vita eſt: quā p̄nt eis aīe etiā mor-
tue: i. eſt a deo deſerte: quātulacūq̄ꝫ p̄pria
vita ex q̄ etiā imortales ſūt nō deſiſtēte ꝯfer
re. Verū in dānatiōe nouiſſima q̄uis hō
ſentire nō deſinat: tn̄ q͛ ſenſus ipe nec vo-
luptate ſuauis nec quiete ſalubris: ſꝫ dolore
penalis ē: nō imerito mors ē poti⁹ appella-
ta q̄ꝫ vita. Ideo aūt ſecūda: q͛ poſt illā pri
mā ē q̄ fit coherētiū direptio naturaꝝ: ſiue
dei ⁊ aīe: ſiue aīe ⁊ corpis. De p̄ma igit̄ cor
poris morte dici p̄t: q̄ꝫ bonis bona ſit: ma-
lis mala. Secūda v̄o ſine dubio ſicut nulloꝝ
bonoꝝ eſt: ita nulli bona. Ca. iii
Non aūt diſſimulāda naſcit̄ queſtio:
vtꝝ reuera mors q̄ ſepant̄ aīa ⁊ corpus bo
nis ſit bona. Quia ſi ita ē: quō poterit obti
nere q̄ꝫ etiā ipſa ſit pena pctī: Hāc eni p̄mi
hoīes niſi peccauiſſent: ꝑpeſſi vtiq̄ꝫ nō fuiſ
ſent. Quo igit̄ pacto bona eē poſſit bonis:

que accidere nõ poſſet niſi malis? Sʒ rurſus
ſi nõ niſi malis poſſet accidere: nõ deberet bo
nis bona eē: ſʒ nulla. Cur enī eēt vlla pena: in
q̄b⁹ nõ eſſent vlla puniēda? Quapropt̄ fatē-
dū ē: p̄mos q̄dē hoīes ita fuiſſe inſtitutos: vt
ſi nõ peccauiſſent nullū mort̄ experirēt gen⁹:
ſʒ eoſdē p̄mos pctōres ita fuiſſe multatos: vt
etiā q̄cq̄d eoꝝ ſtirpe eēt exortū: eadē pena te-
nerēt obnoxiū. Nõ enī aliud ex eis q̄̄ qd̄ ipſi
fuerāt naſcerēt. ꝓ magnitudine q̄ppe culpe il-
lius naturā dānatio mutauit in peius: vt qd̄
penalit̄ p̄ceſſit in peccātib⁹ homib⁹ p̄mis: etiā
naturalit̄ ſequerēt in naſcētib⁹ ceteris. Neqʒ
enī hō ita ex hoīe: ſicut hō ex puluere. Puluis
nāqʒ hoī faciēdo materies fuit: hō aūt hoī gi-
gnēdo parēs. Proinde qd̄ eſt terra: nõ h̄ eſt
caro: q̄uis ex terra facta ſit caro. Qd̄ eſt aūt
parēs hō: h̄ eſt ⁊ proles hō. In p̄mo igit̄ hoīe
ꝑ feminā in ꝓgeniē trāſiturū vniuerſū genus
humanū fuit: qn̄ illa ꝯiugū copula diuinā ſen
tentiā ſue dānatiōis excepit. Et q hō fact⁹ eſt
nõ cū crearēt ſʒ cū peccaret vt punirēt: h̄ ge-
nuit: quātū q̄dē attinet ad pctī ⁊ mortis origi
nem. Non enī ad infantilē hebetudinē ⁊ infir
mitatē animi ⁊ corpis: quam videm⁹ in par-
uulis peccato vel pena ille redactus eſt: que
deus voluit eſſe tāq̄̄ p̄mordia catuloꝝ: quoꝝ
parētes in beſtialē vitā morteq̄ʒ deiecerat: ſicut
Ps. 48 ſcriptū eſt. Homo cū in honore eſſet nõ intel
lexit: cõparat⁹ eſt pecorib⁹ nõ intelligētib⁹: et
ſimilis fact⁹ eſt illis. Niſi q infantes infirmio
res etiā cernim⁹ in vſu motuqʒ mēbroꝝ: ⁊ ſen
ſu appetēdi atqʒ vitādi: q̄̄ ſūt alioꝝ tenerrimi
fetus aīaliū: tāq̄ʒ ſe tāto attollat excellēt⁹ ſup̄
cetera aīantia vis humana: quāto magis im-
petū ſuū velut ſagitta cū arcus extēdit̄ retror
ſum reducta diſtulerit. Non ḡ ad iſta infanti-
lia rudimēta p̄ſumptiōe illicita ⁊ dānatiōe iu
ſta ꝓlapſus vel impulſus eſt p̄m⁹ hō: ſʒ hacte
nus in eo natura humana vitiata atqʒ muta-
ta eſt: vt repugnātē paterēt in mēbris inobe-
diētiā ꝯcupiſcēdi: ⁊ ob id obſtringerēt neceſſi
tate moriēdi: atqʒ ita id qd̄ vitio penaqʒ fact⁹
eſt: id eſt obnoxios pctō mortiqʒ generaret.
A q̄ pctī vinculo: ſi per mediatoris xp̄i grām
ſoluūt̄ infantes: hanc ſolā mortē ꝑpeti pñt: q̄
aīam ſeiūgit a corpe: in ſecūdā vō illā ſine fi-
ne penalē liberati a pctī obligatiōe nõ trāſeūt.
SI quē vō mouet cur vel ipſam Ca. IIII
patiant̄: ſi et ipa pctī pena eſt quoꝝ per
grām reat⁹ abolet̄: iā iſta q̄ſtio in alio nr̄o ope
qd̄ ſcp̄ſim⁹ de baptiſmo puuloꝝ tractata ⁊ ab
ſoluta eſt: vbi dictū eſt: ad hoc relinq̄ aīe ex-
perimentū ſeparatiōis a corpe: q̄uis ablato iā
criminis nexu: qm̄ ſi regeneratiōis ſacramētū
cõtinuo ſeq̄rēt imortalitas corpis: ipſa fides
eneruarēt: q̄ tunc eſt fides: qn̄ expectat̄ in ſpe
qd̄ in re nondū videt̄. Fidei autē robore atqʒ
certamie in maiorib⁹ dūtaxat etatib⁹ etiā mor
tis fuerat ſupandus timor: qd̄ in ſctis marty-
rib⁹ maxie eminuit: cui⁹ ꝓfecto certaminis eēt
nlla victoria: nlla glia: qꝛ nec ipm̄ oīno poſſʒ
eē certamē: ſi poſt lauacꝝ regeneratiōis iā ſcti
non poſſent mortē ꝑpeti corpalē. Cū puulis
aūt baptizādis q̄s nõ ad xp̄i grām ꝓpterea po
ti⁹ curreret: ne a corpe ſoluerēt? Atqʒ ita nõ in
uiſibili p̄mio ꝓbarēt fides: ſʒ iā nec fides eēt:
ꝯfeſtim ſui opis q̄rēdo ⁊ ſumēdo mercedē.
Nūc vō maiore et mirabiliore grā ſaluatoris
in vſus iuſticie: pctī pena ꝯuerſa eſt. Tūc enī
dictū ē hoī: morieris ſi peccaueris: nūc dicit̄
martyri: morere ne pecces. Tunc dictū eſt: ſi
mādatū trāſgreſſi fueritis morte moriemini:
nūc dicit̄: ſi mortē recuſaueris mādatū trāſgre
diemi. Qd̄ tūc timēdū fuerat vt nõ peccarēt:
nunc ſuſcipiēdū eſt ne peccet̄. Sic per ineffa-
bilē dei miſericordiā et ipa pena vitioꝝ trāſit
in arma v̄tutis: ⁊ fit iuſti meritū etiā ſuppliciū
pctōris. Tūc enī mors ē acq̄ſita peccādo: nūc
implet̄ iuſticia moriēdo. Verū h̄ in ſctis mar-
tyrib⁹ q̄b⁹ alterutꝝ a ꝑſecutore ꝓponit̄: vt aut
deſerāt fidē aut ſufferāt mortē. Juſti enī ma-
lūt credēdo ꝑpeti: qd̄ ſūt p̄mi iniq̄ nõ credēdo
ꝑpeſſi. Niſi enī peccaſſēt illi nõ morerēt̄: pec-
cabūt aūt iſti niſi moriant̄. Mortui ſūt ergo
illi quia peccauerūt: non peccāt iſti quia mo-
riunt̄. Factū eſt per illorū culpā vt venirēt in
penā: fit ꝑ iſtoꝝ penā ne veniat̄ in culpā: nõ qꝛ
mors bonū aliqd̄ facta eſt q̄ ātea malū fuit: ſʒ
tantā de⁹ fidei p̄ſtitit grām: vt mors quā vite
ꝯſtat eē ꝯtrariā: inſtrumētū fieret ꝑ qd̄ trāſirēt
APoſtolus enī cū vellet Ca. V in vitā.
oſtēdere quātū pctm̄ grā nõ ſubueniēte ad
nocēdū valeret: etiā ipaʒ legē q̄ ꝓhibet pctm̄
nõ dubitauit dicere v̄tutē eē pctī. Acule⁹ inq̄t i. Corinth. 15
mort̄ ē pctm̄: v̄tus aūt pctī lex. Veriſſime oī-
no. Auget enī ꝓhibitio deſideriū opis illiciti:
qn̄ iuſticia nõ ſic diligit̄: vt peccādi cupiditas
ei⁹ dilectiōe vincat̄. Vt aūt diligat̄ ⁊ delectet
vera iuſticia: nõ niſi diuina ſubuenit grā. Sʒ ne
ꝓpterea lex putarēt malū: qm̄ v̄t⁹ ē dicta pctī:
ideo ipe alio loco v̄ſās hmōi q̄ſtionē: ita inq̄t.
Lex q̄dē ſctā: ⁊ mādatū iuſtū ⁊ ſāctū ⁊ bonū. Roma. 7
Qd̄ ḡ bonū inq̄t mihi factū ē mors? Abſit. Sʒ
pctm̄ vt appareat pctm̄ ꝑ bonū mihi opatū ē
mortē: vt fiat ſup̄ modū peccās pctm̄ ꝑ man-
datū. Sup̄ modū dixit: qꝛ etiā p̄uaricatio ad
ditur: cū peccādi aucta libidine etiā lex ipſa

cõtemnit. Cur h̄ cõmemorãdũ putauerimꝰ:
Quia ſcʒ ſic lex nõ ē malũ qñ auget peccãtũ
cõcupiſcẽtiã: ita nec mors bonũ eſt qñ auget
patiẽtũ gloriã: cũ vel illa ꝓ iniq̃tate deſerit ⁊
efficit ꝑuaricatores: vl'iſta ꝓ veritate ſuſcipit
et efficit martyres. Ac ꝑ h̄ lex q̃dē bona ē: qꝛ
ꝓhibitio ē pctī: mors aũt mala: qꝛ ſtipẽdiũ ē
pctī. Sʒ queãdmodũ iniuſti male vtũt: ñ tm̃
malis verũ etiã bonis: ita iuſti bñ nõ tm̃ bo-
nis ſʒ etiã malis. Hinc fit vt ⁊ mali male lege
vtant: q̃uis ſit lex bonũ: et boni bñ moriãt:
q̃uis ſit mors malũ. Capi. VI

QUaꝓpt qđ attinet ad corꝑis mortẽ:
id eſt ſeꝑationẽ aīe a corꝑe cum eam patiunt
q̇ morientes appellant: nulli bona ē. Habet eni
aſperũ ſenſũ ⁊ ꝯtra naturã: vis ipſa q̇ vtrũq̃
diuellit qđ fuerat in viuẽte ꝯiũctũ atq̃ ꝯſer-
tũ q̃diu moratur: donec ōis adimat ſenſus: q̇
ex ipō inerat aīe carniſq̃ cõplexu. Quã totã
moleſtiã nõnũq̃ vnꝰ ictus corꝑis vel aīe ra-
ptus intercipit: nec eã ſentiri ꝑueniẽte celeri-
tate ꝑmittit. Quicq̇d tñ illud ē in morientibꝰ:
qđ cũ graui ſenſu adimit ſenſũ: pie fideliterq̃
tolerãdo auget meritũ patiẽtia: nõ aufert vo-
cabulũ pene: ita cum ex hoīs primi ꝑpetuata
ꝓpagine ꝓculdubio ſit mors pena naſcẽtis:
tñ ſi ꝓ pietate iuſticiaq̃ pẽdat: fit gl'ia rena-
ſcẽtī: ⁊ cũ ſit mors pctī retributio: aliqñ impe-
trat vt nihil retribuat pctō. Ca. VII

NAm q̇cũq̃ etiã nõ ꝑcepto regenerationis
lauacro: ꝓ xp̄i ꝯfeſſione moriũt: tñ eis valet
ad dimittẽda pctã: quãtũ ſi ablueret ſacro fõ
Joh.3 te baptiſmatꝭ. Qui eni dixit: niſi q̇s renatꝰ fue
rit ex aqua ⁊ ſpũ ſctō ñ intrabit in regnũ celo-
rũ: alia ſentẽtia iſtos fecit exceptos: vbi ñ minꝰ
Math.10 generaliter dixit. Qui me ꝯfeſſus fuerit coram
hoībꝰ: ꝯfitebor ⁊ ego eũ corã prē meo q̇ in ce-
Math.16 lis ē. Et alio loco. Qui ꝑdiderit aīaʒ ſuã ꝓpt
Ps.115 me: inueniet eã. Hinc ē qđ ſcriptũ ē. Precioſa
in ꝯſpectu dñi mors ſctōꝝ eiꝰ. Quid eni ꝓcio
ſius q̃ mors: ꝑ quã fit vt etiã delicta oīa dimit
tant: ⁊ merita cumulatiꝰ augeant. Neq̃ eni tãti
ſũt meriti: q̇ cũ mortẽ differre ñ poſſent bapti
ſati ſunt: deletiſq̃ oībꝰ pctīs ex hac vita emi-
grarũt: quãti ſũt hi q̇ mortẽ differre cũ poſſẽt
iō ñ diſtulerũt: qꝛ maluerũt xp̄m ꝯfitẽdo finire
hãc vitã: q̃ cũ negãdo ad eiꝰ baptiſmũ ꝑueni
re. Qđ vtiq̃ ſi feciſſent: etiã hoc eis in illo la-
uacro dimitteret: qđ timore mortꝭ negauerãt
xp̄m: in q̊ lauacro etiã illis facinꝰ tã imane di-
miſſũ eſt q̇ occiderãt xp̄m. Sʒ qñ in abũdãtia
Joh.3 grē ſpūs illiꝰ q̇ vbi vult ſpirat: tm̃ xp̄m amare
poſſẽt: vt eũ in tãto vitę diſcrimie ſub tãta ſpe
venię negare ñ poſſẽt: Mors igit ꝓcioſa ſctō
rũ: q̇bꝰ cũ tãta grã eſt ꝑmiſſa ⁊ ꝓrogata mors
xp̄i: vt ad eũ acq̇rẽdũ ſuã ñ cũctaret impẽde-
re aīam: in eos vſus redactũ eē mõſtrauit: qđ
ad penã peccãti ãtea fuerat ꝯſtitutũ: vt inde
iuſticie fructꝰ vberior naſceret. Mors ḡ ñ iō
bonũ videri debʒ qꝛ in tãtã vtilitatẽ nõ vi ſua
ſʒ diuina opitulatiõe ꝯuerſa ē: vt q̇ tũc metuẽ-
da ꝓpoſita ē: ne pctm̃ cõmitteret: nũc ſuſcipiẽ-
da ꝓponit vt pctm̃ ñ cõmittat: cõmiſſũq̃ de-
leat: magneq̃ victorie debita iuſticie palma

SI eni diligẽtiꝰ ꝯſide- Ca. VIII reddat.
remꝰ: etiã cũ q̇ſq̃ ꝓ veritate fidelit ⁊ lau
dabilit morit: mors cauet. Ideo q̇ppe aliq̇d
eiꝰ ſuſcipit ne tota cõtingat: et ſecũda inſuꝑ q̇
nũq̃ finiat accedat. Suſcipit eni aīe a corꝑe
ſeꝑatio: ne deo ab aīa ſeꝑato: etiã ipa ſeꝑet a
corꝑe: ac ſic totꝰ hoīs ꝑma morte cõpleta: ſe-
cunda excipiat ſempiterna. Quocirca mors
q̇dē ut dixi: cũ eã morientes patiũt: cũq̃ in eis
vt moriant facit: nemini bona eſt: ſʒ laudabilit
tolerat ꝓ tenẽdo vel adipiſcẽdo bono. Cum
vero in ea ſũt q̇ iã mortui nũcupãt: nõ abſur-
de dicit: et malis mala: ⁊ bonis bona. In re-
quie eni ſũt aīe pioꝝ a corꝑe ſeꝑatę: impioꝝ
aũt penas luũt donec iſtaꝝ ad eternã vitã: il-
laꝝ vo ad eternã mortẽ q̇ ſecũda dicit corꝑa

SEd id tp̄s quo Ca. IX reuiuiſcãt.
aīe a corꝑe ſeꝑate aut in bonis ſunt aut
in malis: vtrũ poſt mortẽ potius an in morte
dicendũ eſt: Si eni poſt mortẽ eſt: iã nõ ipſa
mors q̇ trãſacta atq̃ ꝑterita eſt: ſʒ poſtea vita
ꝑſens aīe ſiue bona ſeu mala eſt. Mors autẽ
tũc eis mala erat: qñ erat: h̄ eſt qñ eã patiebã
tur cũ morerent: qm̃ grauis ⁊ moleſtus eis in-
erat ſenſus: q̇ malo bñ vtunt boni. Peracta
autẽ mors: quo nã mõ vel bona vel mala eſt:
q̇ iã nõ ē: Porro ſi adhuc diligẽtiꝰ attẽdamꝰ:
nec illa mors eē apparebit: cuiꝰ grauẽ ac mo-
leſtũ in morientibꝰ diximꝰ ſenſũ. Quãdiu eni
ſentiũt adhuc vtiq̃ viuũt: ⁊ ſi adhuc viuũt añ
mortẽ q̃ in morte potiꝰ eſſe dicẽdi ſũt: qꝛ illa
cũ venerit: aufert oēm corꝑis ſenſũ: q̇ ea ꝓpin
quãte moleſtus ē. Ac ꝑ h̄ quõ morientes dica
mus eos q̇ nõdũ mortui ſũt: ſʒ imminẽte morte
iã extrema ⁊ mortifera afflictiõe iactant: expli-
care difficile ē: etiã ſi recte iſti appellant moriẽ-
tes: qꝛ cũ mors q̇ iã imminet aduenerit: nõ mo-
rientes ſʒ mortui nũcupant. Nullus ē ḡ moriẽs
niſi viuẽs: qm̃ cũ in tãta ē extremitate vitę in
quãta ſũt quos agere aīam dicimꝰ: ꝓfecto q̇
nõdũ aīa caruit adhuc viuit. Idẽ ipſe igit ſit
et moriẽs ē ⁊ viuẽs: ſʒ morti accedẽs vita de-
cedẽs: adhuc tñ in vita: qꝛ ineſt aīa corꝑi: nõ
dũ aũt ī morte: qꝛ nõdũ abſceſſit a corꝑe. Sʒ

ſi cū abceſſerit: nec tūc ī morte ſ3 poſt mortē po
tius erit: qñ ſit in morte qs dixerit? Nā neq3 vl
lus moriēs erit ſi moriēs ꝛ viuēs ſiƚ eē nllˀs pt.
Quādiu qppe aīa in corpe ē: nō poſſumꝰ nega
re viuētē. Aut ſi moriēs potiꝰ dicēdus ē in cuiꝰ
iā corpe agiƚ vt moriaƚ: nec ſiƚ qſq3 pt eē viuēs
et moriēs: qñ ſit viuēs neſcio. Ca. X.

EX quo enī qſq3 in iſto corpe morituro eē
ceperit: nunq3 in eo nō agitur vt mors veniat.
Hoc enī agit eiꝰ mutabilitas toto tpe vite hu
ius: ſi tamē vita dicēda eſt: vt veniaƚ in mortē.
Nemo qppe eſt q nō ei poſt annū ſit q3 añ an
nū fuit: et cras q3 hodie: ꝛ hodie q3 heri: ꝛ pau
lopoſt q3 nūc: ꝛ nūc q3 pauloante morti ꝓpin
quior: qm qcqd tpis viuiƚ: de ſpatio viuēdi de
miƚ: ꝛ quotidie fit minus minuſq3 qđ reſtat: vt
oīno nihil ſit aliud tps vite huiꝰ q3 curſus ad
mortē. In q nemo vel paululū ſtare vƚ aliquā
to tardius ire ꝑmittiƚ: ſ3 oēs vrgenƚ pari motu:
nec diuerſo impellūƚ acceſſu. Neq3 enī cui vi
ta breuior fuit: celerius diē duxit: q3 ille cui lō
gior: ſ3 cū equaliƚ ꝛ eq̄lia momēta raperēƚ am
bobꝰ: alter habuit ꝓpius: alter remotiꝰ: q ñ im
pari velocitate ambo currebāt. Aliud eſt autē
amplius vie ꝑegiſſe: aliud tardius ambulaſſe.
Qui ergo vſq3 ad mortē ꝓductiora ſpacia tē
poris agit: non lentius pergit: ſed plus itine
ris cōficit. Porro ſi ex illo quiſq3 incipit mori:
h̄ ē eē in morte: ex q in illo agi ceperit: ipa morſ
id ē vite detractio: qꝛ cū detrahēdo finita fue
rit: poſt mortē iā erit ñ in morte: ꝓfecto ex q eē
incipit in h̄ corpe in morte ē. Quid enī aliđ die
bꝰ: horis: momētiſq3 ſingulis agiƚ: donec ea cō
ſūmata mors q agebaƚ impleaƚ: ꝛ incipiat iam
tps eē poſt mortē: qđ cū vita detraherēƚ erat in
morte. Nūq3 igiƚ in vita hō ē: ex q eſt in corpe
iſto moriēte potiꝰ q3 viuēte: ſi ꝛ in vita ꝛ in mor
te ſimul ñ pōt eē. An potiꝰ ꝛ in vita ꝛ in morte
ſimul ē: in vita ſc3 in q viuit: donec tota detra
hatur: in morte aūt quia iam moritur: cui vita
detrahitur? Si enī nō eſt in vita: quid eſt quod
detrahiƚ donec eius fiat ꝑfecta cōſumptio? Si
aūt ñ eſt in morte: qđ ē vite ipa detractio? Nō
enī fruſtra cum vita fuerit corpi tota detracta:
poſt mortē iā diciƚ: niſi qꝛ mors erat cū detra
herēƚ. Nā ſi ea detracta ñ ē hō in morte ſ3 poſt
mortē: qñ niſi cū detrahiƚ erit in morte. Ca. XI

SI aūt abſurdū ē vt hoīem añq3 ad mor
tē ꝑueniat: iā eē dicamꝰ in morte: cui enī
ꝓpinquat ꝑagēdo vite ſue tpa: ſi iā in illa ē: ma
xime qꝛ nimis ē inſolēs: vt ſiƚ ꝛ viuēs eē dicaƚ
et moriēs: cū vigilās ꝛ dormiēs ſiƚ eſſe ñ poſſit:
querēdū ē qñ erit moriēs? Etenī añq3 mors ve
niat nō ē moriēs ſ3 viuēs: cū vo mors venerit:
mortuꝰ erit ñ moriēs. Illud ḡ ē adhuc añ mor
tem: hoc iā poſt mortē. Qñ ḡ in morte? Tunc
enī eſt moriēs vt quēadmodū tria ſūt cū dici
mꝰ añ mortē: in morte ꝛ poſt mortē: ita tria ſin
gulis ſingl̄a: viuēs: moriēs: mortuuſq3 reddā
tur. Qñ itaq3 ſit moriēs id ē in morte: vbi neq3
ſit viuēs qđ ē añ mortē: neq3 mortuꝰ qđ ē poſt
mortē: ſ3 moriēs id ē in morte: difficillime diffi
niƚ. Quādiu qppe eſt aīa in corpe: maxime ſi
etiā ſenſus adſit: ꝓculdubio viuit hō q cōſtat
ex aīa ꝛ corpe: ac ꝑ hoc adhuc añ mortē nō in
morte eſſe dicēdus ē. Cū vo aīa abſceſſerit om
nemq3 abſtulerit corporis ſenſū: iam poſt mortē
mortuuſq3 ꝓhibeƚ. Perit igiƚ inƚ vtrūq3: quo
moriēs vel in morte ſit: qm ſi adhuc viuit an
te mortē eſt: ſi viuere deſiſtit: iā poſt mortē eſt.
Nunq3 ḡ moriēs: id ē in morte eſſe cōprehēdi
tur. Ita etiā in trāſcurſu tpm querit ꝑſens nec
inueniƚ: qꝛ ſine vllo ſpatio eſt ꝑ qđ trāſiƚ ex fu
turo in ꝑteritū. Rōne ḡ vidēdū ē: ne iſta rōne
mors corꝑalis nllā eē dicaƚ? Si enī ē: qñ eſt: q
in nullo ꝛ in qua vllus eſſe nō pōt: qñ qdē ſi vi
uiƚ adhuc nō ē: qꝛ hoc añ mortē nō in morte: ſi
aūt viuere iā ceſſatū eſt: iā nō eſt: qꝛ ꝛ hoc poſt
mortē eſt: nō in morte? S3 rurſus ſi nulla mors
eſt: añ qđ vel poſt qđ eſt: qđ diciƚ añ mortē vel
poſt mortē? Nā ꝛ hoc inaniƚ diciƚ ſi mors nllā
eſt. Atq3 vtinā in paradiſo bñ viuēdo egiſſe
mus: vt re vera nulla eēt mors. Nūc aūt nō ſo
lū eſt: verū etiā tā moleſta eſt: vt nec vlla expli
cari locutiōe poſſit: nec vlla rōne vitari. Loq
mur ḡ ſ꜄m ꝯſuetudinē: nō enī aliter debemꝰ: et
dicamꝰ añ mortē: ꝑuſq3 mors accedat: ſic ſcri
ptū eſt. Ante mortē non laudes hoīem quēq3. Ecc. xi
Dicamꝰ etiā cū acceſſerit: poſt mortē illius vel
illiꝰ factū ē illud vƚ illud. Dicamꝰ ꝛ de ꝑñti tpe
vt poſſumꝰ velut cū ita loqmur: moriēs ille te
ſtatꝰ eſt: ꝛ illis atq3 illis: illud atq3 illud moriēs
dereliquit: q3uis h̄ niſi viuens oīno facere nō
poſſet: et potius hoc ante mortē fecerit non in
morte. Loquamur etiam ſicut loquiƚ ſcriptura
diuina: q mortuos quoq3 nō poſt mortē ſed in
morte eſſe nō dubitat dicere. Hinc enī ē illud.
Qm nō ē in morte q memor ſit tui. Donec enī Ps. 6
reuiuiſcāt recte eſſe diciƚ in morte: ſic in ſom
no eſſe qſq3 donec euigilet diciƚ. Quis in ſom
no poſitos dicamꝰ dormiētes: nō tñ eo mō poſ
ſumꝰ dicere eos q iā ſūt mortui moriētes. Nō
enim adhuc moriūƚ: q quātū attinet ad corpo
ris mortē: de q nūc diſſerimꝰ: iā ſunt a corpibꝰ
ſeꝑati. S3 h̄ eſt: qđ dixi explicari aliq locutiōe
nō poſſe: quo nā mō vel moriētes dicāƚ viuere:
vel iā mortui etiā poſt mortē adhuc eē dicāƚ in
morte? Quō enī poſt mortē ſi adhuc in morte?

pſertim cũ eos nec morientes dicam⁹: ſicuti eos
q̄ in ſomno ſũt dicim⁹ dormiẽtes: ⁊ q̄ in lãguo-
re lãguẽtes: ⁊ q̄ in dolore vtiq̄ dolẽtes: ⁊ q̄ in
vita viuẽtes. At v̓o mortui pu̇ſq̄ reſurgãt eſſe
dicũt in morte: nec tñ pñt appellari moriẽtes.
Vñ ñ importune neq̄ incõgrue arbitror acci-
diſſe: ⁊ ſi ñ hũana induſtria: iudicio fortaſſe di
uino: vt h̓ v̓bũ qđ ē morit̄ in latina lingua: nec
grãmatici declinare potuerit ea regula q̄ cete-
ra talia declinãt̄. Nãq̄ ab eo qđ eſt orit̄ fit ver-
bũ p̄teriti tp̄is ort⁹ ē: ⁊ ſi q̄ ſilia ſũt q̄ ꝑ tp̄is p̄teri
ti ꝑticipia declinãt̄. Ab eo v̓o qđ ē morit̄ ſi q̄ra
m⁹ p̄teriti tp̄is v̓bũ: rñderi ſolet mortuus ē: u.
lr̃a geminata. Sic eni dr̄ mortuus: quõ fatuus:
ardu⁹: cardu⁹: ꝯſpicuus: ⁊ ſi q̄ ſilia: q̄ ñ ſũt p̄te-
riti tp̄is: ſ; q̄m noīa ſũt ſine tp̄e declinãt̄. Illud
aũt q̄ſi vt declinet̄ qđ declinari ñ p̄t: ꝓ ꝑticipio
p̄teriti tp̄is ponit̄ nomẽ. Cõueniẽter itaq̄ ſctm̃
ē: vt queadmodũ id qđ ſignificat ñ p̄t agẽdo:
ita ip̄m v̓bũ declinari loq̄ndo ñ poſſet. Agi tñ
p̄t in adiutorio gr̃e redẽptoris nr̃i: vt ſaltẽ ſecũ
dã mortẽ declinare poſſim⁹. Illa eni ē grauior
⁊ oīm maloꝝ peſſima q̄ ñ fit ſeꝑatiõe aīe ⁊ cor-
poris: ſ; in eternã penã pot⁹ vtriuſq̄ cõplexu.
Ibi ecõtrario ñ erũt hoīes añ mortẽ atq̄ poſt
mortẽ: ſ; ſp̄ in morte: ac ꝑ h̓ nũq̄ viuẽtes nũq̄
mortui ſ; ſine fine moriẽtes. Nunq̄ eni erit hoī
peius in morte: q̄ vbi erit mors ip̄a ſine morte.

Qvm ḡ requirit̄ quã mortẽ de⁹ p̄mis **Ca. XII**
hoīb⁹ fuerit cõminat⁹ ſi ab eo mãdatũ
trãſgrederent̄ acceptũ: nec obediẽtiã cuſtodi-
rẽt: vtrũ aīe: an corporis: an toti⁹ hoīs: an illã q̄ ſe
cũda dr̄: rñdẽdũ ē oẽs. P̄ria eni ꝯſtat ex dua
b⁹: ſcđa ex oīb⁹ tota. Sic eni vniuerſa terra ex
mltis t̄ris: ⁊ vniuerſa eccl̃ia ex mltis ꝯſtat eccle
ſijs: ſic vniuerſa mors ex oīb⁹ ꝯſtat: q̄m p̄ma ex
duab⁹: vna aīe altera corporis: vt ſit p̄ma totius
hoīs mors: cũ aīa ſine deo: ⁊ ſine corpe ad tp̄s
penas luit: ſcđa v̓o vbi aīa ſine deo cũ corpe pe
nas eternas luit. Qñ ḡ dixit de⁹ p̄mo illi homi
Gene. 2 quẽ in ꝑadiſo ꝯſtituerat: de cibo vetito: q̄cũq̄
die ederitis ex eo: morte moriemini: ñ tm̃ p̄me
mortis ꝑtẽ p̄orẽ vbi aīa ꝑuat̄ deo: nec tm̃ poſte-
riorẽ vbi corp⁹ ꝑuat̄ aīa: nec ſolũ ip̄aꝫ totã pri-
mã vbi aīa ⁊ a deo ⁊ a corpe ſeꝑata punit̄: ſed
q̄cq̄d mortis ē vſq̄ ad nouiſſimã q̄ ſcđa dr̄: q̄ eſt
nulla poſterior: cõminatio illa cõpleta eſt.

Nam poſtea q̄ p̄cepti facta trãſ **Ca. XIII**
greſſio ē: ꝯfeſtim gr̃a deſerẽte diuina: de
corꝑm ſuoꝝ nuditate ꝯfuſi ſũt: vñ etiã folijs fi-
culneis: q̄ forte a ꝑturbatis p̄mũ cõperta ſũt: pu
dẽda texerũt: q̄ p̄us eadẽ mẽbra erãt: ſ; pudẽda
ñ erãt. Senſerũt eni nouũ motũ inobediẽtis carnis
ſue: tanq̄ reciprocã penã inobediẽtie ſue. Iã

q̄ppe aīa libertate in ꝑuerſuꝫ ꝓpria delectata: et
deo dedignata ſuire: p̄ſtino corporis ſuitio de
ſtituebat̄. Et q2 ſuꝑiorẽ dñm ſuo arbitrio deſe-
ruerat: inferiorẽ famulũ ad ſuũ arbitriũ ñ tene-
bat: nec oīmõ hẽbat ſbditã carnẽ ſicut ſp̄ hr̃e po-
tuiſſet ſi deo ſbdita ip̄a mãſiſſet. Tũc ḡ caro ce Gal. 5
pit ꝯcupiſcere aduerſus ſp̄m: ⁊ ſp̄us aduerſus
carnẽ: cũ q̄ ꝯtrouerſia nati ſum⁹: trahẽtes origi
nẽ mortis in mẽbris nr̃is: vitiatãq̄ naturã ꝯtẽtio
nẽ ei⁹ ſiue victoriã d̓ p̄ma ꝑuaricatiõe geſtãtes.

Deus eni creauit hoīem rectũ: **Ca. XIIII** Eccle. 7
naturaꝝ auctor: ñ vtiq̄ vitioꝝ: ſ; ſpõte de
prauat⁹: iuſteq̄ dãnat⁹: deprauatos dãnatoſq̄
generauit. Oẽs eni fuim⁹ in illo vno: q̄ñ oẽs il
le vn⁹ corrupit: q̄ ꝑ feminã lapſus ē in pctm̃: q̄
d̓ illo facta ē añ pctm̃. Nõdũ erat nob̄ ſingulari
creata ⁊ diſtributa forma in q̄ ſingli viueremus:
ſ; iã natura erat ſeminalis ex q̄ ꝓpagaremur: q̄
ſcꝫ ꝓpt̄ pctm̃ vitiata: ⁊ vinculo mortis obſtricta
iuſteq̄ dãnata: ñ alteri⁹ ꝯditiõis hõ ex hoīe na
ſceret̄: ac ꝑ hoc a liberi arbitrij malo vſu ſeries
hui⁹ calamitatis exorta ē: q̄ hũanũ gen⁹ origine
deprauata velut radice corrupta vſq̄ ad ſcđe
mortis exitũ q̄ nõ hꝫ finẽ: ſolis eis exceptis q̄ ꝑ
gr̃am dei liberãt̄ miſeriaꝝ ꝯnexione ꝑducit.

Quãobrẽ etiã in eo qđ dictũ eſt: **Ca. XV**
morte moriemini: q̄m nõ ē dictũ mortib⁹: Gene. 2
eã ſolã intelligam⁹ q̄ fit cũ aīa deſerit̄ ſua vita:
qđ illi de⁹ ē: ñ eni deſerta ē vt deſereret: ſ; vt de-
ſereret̄ deſeruit. Ad malũ q̄ppe ei⁹ prior ē volũ
tas ei⁹: ad bonũ v̓o ei⁹ prior ē volũtas creato-
ris ei⁹: ſiue vt eã faceret q̄ nulla erat: ſiue vt re-
ficiat que lapſa perierat: etiã ſi hãc intelligam⁹
deum denũciaſſe mortẽ: in eo qđ ait: Qua die Gene. 2
ederitis ex illo morte moriemini: tãq̄ diceret: q̄
die me deſerueritis ꝑ inobediẽtiã: deſerã vos ꝑ
iuſticiã: ꝑfecto in ea morte etiã cetere denũcia
te ſunt q̄ ꝓculdubio fuerãt ſecuture. Nã in eo
q2 inobediẽs mot⁹ in carne ex motu aīe inobe
diẽtis exort⁹ eſt: ꝓpt̄ quẽ pudẽda texerũt: ſenſa ē
mors vna: in q̄ deſeruit aīam de⁹: ea ſignifica-
ta ē v̓bis ei⁹: q̄ñ timore deambulãtis ſeſe abſcõ-
dẽti hoī dixit: adam vbi es: nõ vtiq̄ ignorãdo Gene. 3
q̄rẽs: ſ; increpãdo admonẽs: vt attẽderet vbi
eẽt in q̄ ñ eẽt de⁹. Cũ v̓o iã corp⁹ aīa ip̄a deſe-
ruit etate corruptũ ⁊ ſenectute ꝯfectũ: venit in
experimẽtũ mors altera: de q̄ de⁹ pctm̃ adhuc
puniẽs hoī dixerat: terra es ⁊ in terrã ibis: vt Gene. 3
ex his duab⁹ mors illa p̄mo q̄ toti⁹ hoīs eſt cõ-
pleret̄: quã ſcđa in vltimo ſeq̄t̄: niſi hõ ꝑ gr̃am
dei liberet̄. Neq̄ eni corp⁹ qđ de t̄ra ē rediret
in t̄rã: niſi ſua morte: q̄ illi accidit cũ deſerit̄ ſua
vita id eſt aīa. Vñ cõſtat int̄ xp̄ianos veracit̄
catholicam tenentes fidem: etiam ip̄ſam mo-

bis corpis mortē: non lege nature (ꝗ nullā
mortē hoī deus fecit) ſꝫ merito inflictā eſſe
pctī: qm̄ pctm̄ vindicās deus: dixit hoī in
Gene.3 quo tūc oēs eram⁹: terra es: ⁊ in terrā ibis.

SEd pſbi ꝯtra quoꝝ calūnias Ca.XVI
defendim⁹ ciuitatē dei: hͦ eſt ei⁹ eccle-
ſiā: ſapiēter ſibi videt̄ irridere: ꝙ dicim⁹ aīe
a corpe ſepationē inter penas ei⁹ eſſe depu
tādā: qꝛ videlicꝫ ei⁹ pfectā btitudinē tūc il
li fieri exiſtimāt cū oīni ꝑſus corpe exuta
ad deū ſimplex ⁊ ſola ⁊ quodāmō nuda re
dierit. Ubi ſi nihil ꝗ iſta refelleret opinio in
eoꝝ lrīs inuenirē: operoſius mihi diſputā-
dū eſſet: quo demōſtrarē nō corpus eſſe aīe
ſꝫ corruptibile corpus onerosū. Unn̄ illud ē
qd̄ de ſcripturis nr̄is in ſupiori libro cōme
Sap.9 morauim⁹. Corpus eni corruptibile aggra
uat animā. Addēdo vtiqꝫ corruptibile nō
ꝗlicūqꝫ corpe: ſꝫ ꝗle factū ē ex pctō ꝯſequē
te vindicta animā ꝓhibuit aggrauari. Qd̄
etiā ſi non addidiſſet nihil aliud intelligere
deberem⁹. Sꝫ cū aptiſſime plato deos a ſū
mo deo factos hr̄e imortalia corpa ꝑdicet:
eiſqꝫ ipm̄ deū a ꝗ facti ſunt: inducat ꝓ ma-
gno bñficio pollicentē: ꝙ in eternū cū ſuis
corpib⁹ pmanebunt: nec ab eis vlla morte
ſoluet̄: qd̄ eſt ꝙ iſti ad exagitādā xpianā fi-
dē fingūt ſe neſcire qd̄ ſciūt: aut etiā ſibi re-
pugnātes aduerſum ſeipſos dicere malūt:
dū nobis non deſinā̄t ꝯtradicere? Nempe
platonis hec vba ſūt ſicͭ ea cicero in latinū
vertit: qb⁹ inducit ſūmū deū: deos ꝗs fecit
alloquētē ⁊ dicētē. Uos ꝗ ſub mortalitatis
fato orti eſtis attēdite: quoꝝ opeꝝ ego pa-
rēs effectorqꝫ ſum. Hec ſunt indiſſolubilia
nutu meo: ꝗꝗ oīe colligatū ſolui pt: ſed
haud ꝗꝗ bonū eſt: rōne iunctū diſſoluere
velle. Sꝫ qm̄ eſtis orti mortales: vos qdē
eſſe ⁊ indiſſolubiles nō poteſtis. Nec vnꝗꝫ
tn̄ diſſoluemini: neqꝫ vos vlla mortis fata
perimēt: nec erunt valētiora ꝗꝫ ꝯſiliū meū:
ꝙ maius ē vinculū ad ppetuitatē vrām: ꝗꝫ
illa qb⁹ eſtis tūc cū gignebamini colligati.
Ecce deos plato dicit ⁊ corpis aīeqꝫ colli-
gatiōe mortales: ⁊ tn̄ imortales dei a ꝗ fa-
cti ſūt volūtate atqꝫ ꝯſilio. Si ḡ aīe pena ē
in ꝗlicūqꝫ corpe colligari: qd̄ eſt ꝙ eos ali-
quotiēs de⁹ tāqꝫ ſollicitos ne forte moriāt
id ē diſſoluāt a corpe: de ſua facit imortali-
tate ſecuros: nō ꝓpt̄ eoꝝ naturā ꝗ ſit cōpa
cta: nō ſimplex: ſꝫ ꝓpt̄ ſuā inuictiſſimā volū
tatē: ꝗ potēs eſt facere vt nec orta occidāt:
nec ꝯnexa ſoluāt: ſꝫ incorruptibilit̄ ꝑſeue-
rēt. Et hͦ qdē vtꝝ plato veꝝ de ſiderib⁹ di-

Plato in thimeo. Nota ꝙ thimeus platonis ꝑmo fuit trāſlat⁹ a cicerone vt hͦ dicit̄. ſecundo ab iſocrate. ꝗ tranſlatio cōmuniſ habet̄ ꝗꝫ pria. Uerba aūt dei ad deos a ſe creatos ꝗ hͦ ſm ciceronem ponūt̄ in tranſlatiōe ſecūda ponūt̄ ſic. Dij deoꝝ ꝗrum pꝛ opifex ꝗꝫ ſum ego vos via natura diſ

cat: alia queſtio eſt. Neqꝫ eni ei ꝯtinuo ꝯce
dēdū eſt: globos iſtos luminū ſiue orbicu-
los luce corporea ſup terras: ſeu die ſeu no
cte fulgētes: ſuis ꝗbuſdā ꝓprijs animis vi
uere eiſqꝫ intellectualib⁹ ⁊ btīs: qd̄ etiā de
ipſo vniuerſo mūdo tāqꝫ vno aīali maximo
ꝗ cūcta cetera ꝯtineret aīalia inſtāter affir-
mat. Sꝫ hec vt dixi alia queſtio ē: quā nūc
diſcutiēdā nō ſuſcepim⁹: hoc tn̄ ꝯtra iſtos
cōmemorādū putaui ꝗ ſe platonicos voca
ri vel eē gloriāt̄: cui⁹ ſupbia nois erubeſcūt
eſſe xpiani: ne cōmune illis cū vulgo voca
bulū vilē faciat palliatoꝝ: tāto mag̃ inflatā
quāto mag̃ exiguā paucitatē: ⁊ ꝗrētes qd̄
in doctrina xpiana rephēdāt exagitāt eter-
nitatē corpm: tāqꝫ hec ſint inter ſe ꝯtraria:
vt ⁊ btitudinē querām⁹ aīe: et eā ſp eſſe ve-
lim⁹ in corpe velut erūnoſo vinculo colliga
tā: cū eoꝝ auctor ⁊ mag̃r plato donū a deo
ſūmo dijs factis ab illo dicat eſſe cōceſſuꝫ
ne aliqñ moriant̄ id eſt a corpib⁹ quib⁹ eos
cōnexuit diſſoluātur.

Capi.XVII

COntēdūt etiā iſti terreſtria corpa ſem
piterna eſſe nō poſſe: cū ipſā vniuerſā
terrā dei ſui nō qdē ſūmi ſꝫ tn̄ magni: id ē to
tū hui⁹ mūdi mēbrū in medio poſitū ⁊ ſem
piternū eſſe nō dubitēt. Cū ḡ deus ille ſū-
m⁹ fecerit eis alterū quē putāt deū id ē iſtū
mūdū: ceteris dijs ꝗ infra eū ſūt pferendū:
eū deniqꝫ exiſtimāt eſſe animatē aīa ſcꝫ ſicͭ
aſſerūt rōnali vel intellectuali: in tā magna
mole corpis ei⁹ incluſa: ipſiuſqꝫ corpis tāqꝫ
mēbra locis ſuis poſita atqꝫ digeſta: ꝗttuor
ꝯſtituerit elemēta: ꝗꝝ iūcturā: ⁊ ne vnꝗꝫ de⁹
eoꝝ tā magn⁹ moriat̄: indiſſolubilē ac ſem-
piternā velint: qd̄ cauſe ē: vt in corpe maio
ris aīantis tāqꝫ mediū mēbrū eterna ſit ter
ra: ⁊ alioꝝ aīantiū terreſtriū corpa ſi de⁹ ſicͭ
illud velit eterna eſſe nō poſſit: Sꝫ terre ſi-
quiūt terra reddēda ē: vn̄ aīaliū terreſtria
ſūpta ſūt corpa: ex ꝗ fit inquiūt vt ea ſit ne
ceſſe diſſolui et emori: et eo mō terre ſtabili
ac ſempiterne vn̄ fuerant ſūpta reſtitui. Si
ꝗs hͦ etiā ꝺ igne ſimilit̄ affirmet: ⁊ dicat red
dēda eſſe vniuerſo igni corpa ꝗ inde ſūpta
ſunt vt celeſtia fierēt aīalia: nōne imortali
tas quā talib⁹ dijs velut deo ſūmo loquēte
ꝓmiſit plato tāqꝫ violēta diſputatōis hui⁹
intercidit? An ibi ꝓpterea nō fit qꝛ deus nō
vult: cui⁹ volūtatē vt ait plato nl̄la vis vin
cat? Quid ḡ ꝓhibet vt hͦ etiā de terreſtrib⁹
corpib⁹ de⁹ poſſit efficere: qñqdē vt nec ea ꝗ
orta ſūt occidāt: nec ea ꝗ ſūt iuncta ſoluāt̄:
nec ea ꝗ ſūt ex elemēt̄ ſūpta reddāt̄: atqꝫ vt

ſolubiles. mea autē voluntate indiſſolubiles. volūtas autē mea maior ē nex⁹.

Ca.XVIII

COntēdūt ⁊c. in hoc ca. ex ꝟbis platonis ſup poſitis arguit ꝙ de⁹ pōt ſua voluntate facere corp⁹ hoīſ indiſſolubile. Et nō cōtrarietatē int̄ platonē et porphyrium. porphyrius aſſerit oē corp⁹ fugiendū vt aīa poſſit eē btā. plato aūt ꝗ platōici dicūt deos hr̄e beatiſſimas aīas. eternis tn̄ corporib⁹ alligatas. ſic mundus quē dicūt iouem. hꝫ aīas p oīa elementa diffuſam ſm numeros muſicos. ꝗ ſūt vnuſ duo tres ꝗtuor. viij. ix. xxvij. qm̄ in hiſ inueniunt̄ oēs ſymphonie muſice. et ꝗre: patꝫ legēti ſecūdū librū macrobij ſup ſomnium ſcipiōis ⁊c

ale in corporib⁹ ↄstitute nec vnq̄ȝ ea deſe-
rãt: ⁊ cū eis imortalitate ac ſempiterna btī-
tudine ꝑfruãt̄; poſſe deū facere ↄfitet̄ pla-
to: Cur ğ nō poſſit vt nec terreſtria moriãt̄:
An deus nō eſt potēs quouſq̄ xp̄iani cre-
dūt: ſȝ q̄uſq̄ platonici volūt? Nimirū q̄ppe
ↄſiliū dei ⁊ poteſtatē potuerūt ph̄i: nec po-
tuerūt noſſe ꝓphete: cū pot⁹ ecōtrario dei
ꝓphetas ad enūciãdū eius quãtū dignat⁹
eſt volūtatē ſp̄ūs ei⁹ docuerit: ph̄os aūt in
ea cognoſcēda ↄiectura humana decepe-
rit. Verū nō vſq̄ adeo decipi debuerūt: nō
ſolū ignorãtia: verū etiã ꝑuicacia: vt ⁊ ſibi
aptiſſime refraget̄ magnis diſputationū vi-
ribus aſſerētes: aīe vt beata eſſe poſſit non
terrenū tm̄ ſed oē corpus eſſe fugiēdū: et
terreſtres deos rurſus dicētes hr̄e btīſſimaſ
aīas: ⁊ tm̄ terreniſ corꝑib⁹ alligataſ: celeſtes
vō deos ignea cōpage ligatos. Jouis aūt
ipſius aīam quē mūdū iſtū volūt: oīb⁹ oīni-
no corporeis elemētis q̄b⁹ hec tãta moles
a terra in celū ſurgit incluſã. Hãc eni aīam
plato ab intimo terre medio: qd̄ geometre
centrū vocãt: ꝑ oēs ꝑtes ei⁹ vſq̄ ad celi ſū-
ma ⁊ extrema diffundi ⁊ extēdi ꝑ numeros
muſicos opinat̄: vt ſit iſte mūdus aīal ma-
ximū: btīſſimū: ſempiternū: cui⁹ aīa ⁊ ꝑfe-
ctã ſapiētie felicitatē teneret: ⁊ corp⁹ ꝓpriū
nō relinq̄ret: cuiuſq̄ corpus ⁊ in eternū ex
illa viueret: ⁊ cã q̄uis n̄ ſimplex ſ̄ tot corpo-
rib⁹ tãtiſq̄ cōpactū hebetare atq̄ tardare
nō poſſet. Cū igit̄ ſuſpitiōib⁹ ſuis iſta ꝑmit-
tãt: cur nolūt credere diuina volūtate atq̄
potētia imortalia corꝑa fieri poſſe terrena:
in q̄b⁹ aīe nll'a ab eis morte ſeꝑate: nll'is eo-
rū onerib⁹ aggrauate: ſempiterne: ac felicit̄
viuãt: qd̄ deos ſuos poſſe aſſerūt in corꝑi-
bus igneis: iouēq̄ ip̄m eoꝝ regē in oīb⁹ cor-
poreiſ elemētis? Nã ſi aīa vt btã ſit corpus
eſt oē fugiēdū: fugiant dij eoꝝ de globis
ſiderū: fugiat iuppiter de celo ⁊ terra: aut ſi
nō poſſunt miſeri iudicet̄. Sȝ neutꝝ iſti vo-
lūt: q̄ neq̄ a corꝑib⁹ ſeꝑationē audēt dare
dijs ſuis: ne illos mortales colere videat̄:
nec btītudinis ꝑuationē ne infelices eoſ eē
fateat̄. Nō ğ ad btītudinē ↄſequēdã oīa fu-
giēda ſunt corꝑa: ſȝ corruptibilia: moleſta:
grauia: moribūda: nō q̄lia fecit ꝑmis hoīb⁹
bonitas dei: ſȝ q̄lia eſſe cōpulit pcc̄i pena.

Capi. XVIII
Sed tne- ceſſe eſt &c. In

Sed neceē ē inquiūt vt ter (Ca. XVIII
rena corꝑa naturale pōdus vel in ter-
ra teneat vel cogat ad terrã: et iō in celo eē
nō pn̄t. Primi q̄dē illi hoīes in terra erant
nemoroſa atq̄ fructuoſa: q̄ ꝑadiſi nomē ob-
tinuit. Sȝ q2 ⁊ ad h̄ r̄ndēdū ē vel ꝓpter xp̄i
corpus cū q̄ aſcēdit in celū: vel ꝓpter ſctōꝝ
q̄lia in reſurrectiōe futura ſūt: intueãt̄ pau-
lo attētius pōdera ipſa terrena. Si eni ars
humana efficit vt ex metallis q̄ in aquis po-
ſita ↄtinuo ſubmergūt̄: q̄buſdã modiſ vaſa
fabricata etiã natare poſſint: quãto credi-
bili⁹ ⁊ efficacius occult⁹ aliq̄s modus oꝑa-
tiōis dei: cui⁹ oīpotētiſſima volūtate plato
dicē: nec orta interire nec colligata poſſe diſ-
ſolui: cū multo mirabili⁹ incorporea corpo-
reiſ: q̄ȝ q̄cūq̄ corꝑa corꝑib⁹ q̄buſcūq̄ copu-
let̄: ꝑt molib⁹ p̄ſtare terrenis: vt nll'o in ima
pōdere deprimãt̄: ipſiſq̄ animis ꝑfectiſſime
btīs: vt q̄uis terrena tm̄ incorruptibilia iã
corꝑa vbi volūt ponãt: ⁊ q̄ volūt agãt ſitu
motuq̄ facillimo? An vō ſi h̄ angeli faciūt:
et q̄libet aīalia terreſtria rapiãt vn̄ libet cō-
ſtituãtq̄ vbi libet: aut eos ſine labore non
poſſe: aut onera ſentire credēdū eſt? Cur ğ
ſctōꝝ ꝑfectos ⁊ beatos diuino munere ſpi-
rit⁹ ſine vlla difficultate poſſe ferre q̄ volue-
rint ⁊ ſiſtere vbi voluerint ſua corꝑa nō cre-
dam⁹? Nã cū terrenorū corꝑm ſic onera in
geſtãdo ſentire cōſueuim⁹: quãto maior eſt
quãtitas: tanto maior ſit et grauitas: ita vt
plura pōdo q̄ȝ pauciora plus ꝑmãt: tm̄ mē-
bra ſue carnis leuiora portat aīa cū in ſani-
tate robuſta ſūt: q̄ȝ in lãguore cū macra ſūt.
Et cū alijs geſtãtib⁹ oneroſior ſit ſan⁹ ⁊ va-
lidus q̄ȝ exilis et morbidus: ipſe tm̄ ad ſuū
corpus mouēdū atq̄ portãdū agilior ē: cū
in bona valitudine plus hȝ molis q̄ȝ cū in
peſte vel in fame minime roboris. Tm̄ va-
let in hn̄dis etiã terrenis corꝑib⁹ q̄uis ad-
huc corruptibilib⁹ atq̄ mortalib⁹ nō quãti-
tatis pōdus: ſȝ tēꝑatiōis modus. Et q̄s
verbis explicat quantū diſtat inter p̄ſentē
quã dicim⁹ ſanitatē: et imortalitatē futurã?
Nō itaq̄ n̄ram fidē redarguãt ph̄i de pōde-
rib⁹ corꝑm. Nolo eni q̄rere cur non credãt
terrenū poſſe eſſe corpus in celo: cum terra
vniuerſa libret̄ in nihilo. Fortaſſis eni de
ipſo medio mūdi loco eo q̄ in eū coeãt q̄q̄
grauiora: etiã argumētatio veriſimilior ha-
beat̄. Jllō dico: ſi dij minores q̄b⁹ int̄ aīa-
lia terreſtria cetera etiã hominē faciendū
b commiſit plato: potuerūt ſic dicit ab igne
remouere vrendi q̄litatē: lucēdi relinquere
q̄ ꝑ oculos emicaret: ita ne deo ſūmo ↄce-
dere dubitabim⁹: cui⁹ ille volūtati ꝑtātiq̄
ne moriant̄ ↄceſſit q̄ orta ſint: et tã diuerſa
tã diſſimilia id eſt corporea et incorporea
ſibimet connexa: nulla poſſint diſſolutiōe

b ca. allegat d oīpotē-
tiſſima dei vo-
luntate qd̄ dic
plato i thimeo
vbi ſup. ca. pri-
mo. b Cōmi-
ſit pla-
to &c.
Hic di-
cit q̄ ip-
ſe plato
dic mi-
nores
deoſ poſ-
ſe remo-
uere ab
igne vrē-
di q̄lita-
tē ⁊ re-
linque-
re ei lu-
cēdi po-
teſtatē.
Sȝ vbi
h̄ dicat
non aſ-
ſignat.

ſciūgit: vt de carne hoīs cui donat īmorta
litatē: corruptionē auferat: naturā relin-
quat: cōgruētiā figure mēbrorūq; retine-
at: detrahat pōderis tarditatē. Sz de fide
reſurrectiōis mortuoꝝ: et de corpibꝰ eoꝝ
immortalibꝰ diligētꝰ ſi deus voluerit in
fine huius operis differēdū eſt. Ca. XIX

Nunc de corpibꝰ primoꝝ hoīum qd̄
institutumꝰ explicemꝰ: qm̄ nec mors
iſta q̄ bona phibet bonis: nec tm̄ paucis
intelligētibꝰ ſiue credētibꝰ: ſz oībꝰ nota ē
q̄ fit aīe a corpe ſeparatio: q̄ certe corpus
animātis qd̄ euidenter viuebat euidēter
emorit: eis potuiſſz accidere: niſi pctī me
ritū ſequeret. Licet enī iuſtoꝝ ac pioꝝ aīe
defunctoꝝ ꝙ in requie viuāt dubitare fas
nō ſit: vſq; adeo tm̄ eis meliꝰ eſſet cū ſuis
corpibꝰ bn̄ valētibꝰ viuere: vt etiā illi qui
oīm mō eſſe ſine corpe btīſſimū exiſtimāt
hāc opinionē ſuā ſentētia repugnāte cō-
uincāt. Neq; enī q̄ſq; audebit illoꝝ ſapiē
tes hoīes ſiue morituros ſiue iā mortuos
id ē aut carētes corpibꝰ: aut corpa relictu
ros: dijs imortalibꝰ anteponere: qbꝰ deꝰ
ſummꝰ apud platonē munꝰ ingēs indiſſo-
lubilē ſcz vitā id ē eternū cū ſuis corpibꝰ
cōſortiū pollicet. Optime autē cū hoībꝰ
agi arbitrat idē plato: ſi tm̄ hāc vitā pie iu
ſteq; pegerint: vt a ſuis corpibꝰ ſepati: in
ipoꝝ deoꝝ q̄ ſua corpa nūq̄ deſerūt reci-
piāt ſinū: Scilicz imemores ſupa: vt cō- Eneid.6
uexa reuiſāt: Rurſus: ⁊ incipiāt in corpa
velle reuerti: Qd̄ virgilius ex platonico
dogmate dixiſſe laudat. Ita quippe aīas
mortaliū nec in ſuis corpibꝰ ſp eſſe poſſe
exiſtimat: ſed mortis neceſſitate diſſolui:
nec ſine corpibꝰ durare ꝑpetuo: ſz alter-
nantibꝰ vicibꝰ indeſinēter viuos ex mor-
tuis: et ex viuis mortuos fieri putat: vt a
ceteris hoībꝰ h̄ videāt differre ſapiētes:
ꝙ poſt mortē ſuā ferūtur ad ſidera: vt ali
quāto diutius in aſtro ſibi ꝯgruo q̄ſq; re-
quieſcat: atq; inde rurſus miſerie priſtine
oblitꝰ: ⁊ cupiditate hn̄di corpis victus: re
deat ad labores erūnaſq; mortaliū. Illi
vo q̄ ſtultā duxerūt vitā: ad corpa ſuis me
ritis debita ſiue hoīm ſiue beſtiaꝝ de ꝓxi
mo reuoluāt. In hac itaq; duriſſima ꝯdi
tiōe ꝯſtituit etiā bonas atq; ſapiētes aīas
qbꝰ nō talia corpa diſtributa ſunt: cū qbꝰ
ſp atq; imortalit viuerēt: vt neq; in corpi
bus ꝑmanere: neq; ſine his poſſint in eter
na puritate durare. De q̄ platonico do-
gmate iā in libris ſupioribꝰ diximꝰ: xpia-
no tpe erubuiſſe porphyriū: ⁊ nō ſolū ab
hūanis animis remouiſſe corpa beſtiaꝝ:
verū etiā ſapiētiū aīas ita voluiſſe de cor
poreis nexibꝰ liberari: vt corpus oīne fu-
giētes beate apud patrē ſine fine teneāt.
Itaq; ne a xp̄o vinci videret vitā ſanctis
pollicēte ꝑpetuā: etiā ipſe purgatas aīas
ſine vllo ad miſerias priſtinas reditu: in
eterna felicitate ꝯſtituit. Et vt xp̄o aduer
ſaret: reſurrectōez incorruptibiliū corpm
negās: nō ſolū ſine terrenis: ſed ſine vllis
oīno corpibꝰ eas aſſeruit in ſempiternū
eſſe victuras. Nec tm̄ iſte q̄licūq; opinio-
ne ꝑcepit ſaltē ne dijs corporatꝭ religiōis
obſequio ſubderet. Quid ita: niſi qꝛ eas
q̄uis nulli corpi ſociatas: nō credidit il-
lis eſſe meliores? Quapropt ſi nō aude-
būt iſti ſicut eos auſuros eſſe nō arbitror
dijs btīſſimis ⁊ tm̄ in eternis corpibꝰ ꝯſti-
tutis hūanas aīas āponere: cur eis vi-
det abſurdū qd̄ fides xp̄iana ꝑdicat: ⁊ pri
mos hoīes ita fuiſſe cōditos vt ſi nō pec-
caſſent: nulla morte a ſuis corpibꝰ ſoluerē
tur: ſz ꝓ meritis obediētie cuſtodite imor
talitati donati: cū eis viuerēt in eternū: ⁊
talia ſanctos in reſurrectōe habituros ea
ipſa in qbꝰ hic laborauerūt corpa: vt nec
eoꝝ carni aliq̄d corruptiōis vel difficulta
tis: nec eorū btītudini aliquid doloris et
infelicitatis poſſit accidere? Capi. XX

Proinde nūc ſctoꝝ aīe defunctorū
ideo non hn̄t grauē mortē q̄ ſepate
ſūt a corpibꝰ ſuis: qꝛ caro eorū requieſcit
in ſpe: q̄ſlibz ſine vllo iā ſenſu ꝯtumelias
accepiſſe videāt. Nō enī ſic platoni viſū
eſt: corpa obliuione deſiderāt: ſz potius
qꝛ meminerūt q̄d ſibi ab eo ſit ꝓmiſſuz q̄
neminē fallit: q̄ eis etiā de capilloꝝ ſuorū
integritate ſecuritatē dedit: reſurrectionē
corpm in qbꝰ multa dura ꝑpeſſi ſūt: nihil
in eis vlterius tale ſenſuri deſiderabilit ⁊
patiēter expectant. Si enī carnē ſuā non
oderāt qn̄ eā ſue mētī infirmitate reſiſtētē
ſpiritali iure coercebant: quāto magis eā
diligūt etiā ipam ſpiritalē futurā: Sic enī
ſpūs carni ſeruiēs nō incōgrue carnalis:
ita caro ſpiritui ſeruiēs recte appellat ſpi-
ritalis: nō ꝙ in ſpm̄ ꝯuertet ſic nōnulli pu
tāt: ex eo qd̄ ſcriptū eſt. Seminat corpus
aīale: reſurget corpꝰ ſpiritale: ſꝫ qꝛ ſpiritui
ſūma ⁊ mirabili obtēpandi facilitate ſub-
detur: vſq; ad implendā imortalitatꝭ in-
diſſolubilis ſecuriſſimā voluntatē: omni
moleſtie ſenſu: omni incorruptibilitate ⁊

Dicit ꝙ nō eſt ſic platoni viſum eſt vt patz ex verſibus virgilianis iam ſupra in ca. xix. poſitis ꝙ corpora obliuiōe deſiderāt.

j. Cori th. 15

tarditate detracta. Non ſolū enī non erit
tale quale nūc eſt in quauis optima vali-
tudine: ſʒ nec tale qđ ē quale fuit in ꝑmis
homib⁹ ante peccatū. Qui licet morituri
nō eſſent niſi peccaſſent: alimētis tamē vt
hoīeſ vtebāt: nōdū ſpūalia ſʒ adhuc aīa-
lia corpa terrena geſtantes. Que licet ſe-
nio ſi veteraſcerēt vt neceſſitate ꝑducerē-
tur ad mortē: q̄ ſtat⁹ eis de ligno vite qđ ē
in medio paradiſi cū arbore vetita ſimul
erat: mirabili dei grā ꝑſtabat: tñ ⁊ alios ſu-
mebāt cibos ꝑter vnā arborē q̄ fuerat in-
terdicta: nō q꞉ ipſa erat malū ſʒ ꝓpter cō-
mēdādū pure ⁊ ſimplic̄ obediētie bonū:
q̄ magna vtus ē rōnalis creature ſub crea
tore dño ꝯſtitute. Nā vbi nullū malū tan
gebat: ꝑfecto ſi ꝓhibitū tāgeret: ſola in-
obediētia peccabat. Alebāt ḡ aliis q̄ ſu-
mebāt: ne aīalia corpa moleſtie aliqđ eſu
riēdo ac ſitiēdo ſentirēt. De ligno aūt vite
ꝓpterea guſtabat: ne mors eis vndecūqꝫ
ſubreperet: vel ſenectute ꝯfecta decurſis
tpm ſpatiis interirēt: tāqꝫ cetera eſſent ali
mēto illud ſacramēto: vt ſic fuiſſe accipia
tur lignū vite in paradiſo corpali: ſicut in
ſpūali hoc eſt intelligibili ꝑadiſo ſapien
Prouerb. 3 tia dei: de qua ſcriptū eſt. Lignū vite eſt
amplectētibus eam. Capi. XXI

[v] Unde nōnulli totū illū ꝑadiſum vbi
ꝑmi hoīes parētes generiſ humani
ſctē ſcripture veritate fuiſſe narrāt: ad in-
telligibilia referūt: arboreſqꝫ illas ⁊ ligna
fructifera in vtutes vite moreſqꝫ ꝯuertūt
tāqꝫ viſibilia et corpalia illa nō fuerint: ſʒ
intelligibiliū ſignificādoꝝ cauſa eo mō di
cta vel ſcripta ſint. Quaſi ꝓpterea nō po
tuerit eſſe paradiſus corpalis: q꞉ pōt etiā
ſpūalis intelligi: tanqꝫ ideo non fuerint
due mulieres agar ⁊ ſara: ⁊ ex illis duo filii
Gal. 4 abrae: vn⁹ de ancilla ali⁹ de libera: q꞉ duo
teſtamēta in eis figurata dic̄ aplus: aut iō
de nulla petra moyſe ꝑcutiēte aqua deflu
xerit: q꞉ ꝑt illic figurata ſignificatiōe etiā
j. Corinth. 10 xp̄s intelligi: eodē aplo dicēte: petra aūt
erat xp̄s. Nemo itaqꝫ prohibet intelligi
ꝑadiſū vitā bonoꝝ: quattuor ei⁹ flumina
quattuor vtutes: prudētiā: fortitudinē: tē
perātiā: atqꝫ iuſticiā: ⁊ ligna ei⁹ oēs vtiles
diſciplinas: ⁊ lignoꝝ fruct⁹ mores pioꝝ: ⁊
lignū vite ipam bonoꝝ oīm matrē ſapiē-
tiam: ⁊ lignū ſciētie boni ⁊ mali: trāſgreſſi
mādati experimētū. Penā eni pctorib⁹
bene vtiqꝫ qm̄ iuſte ꝯſtituit de⁹: ſʒ nō bo-
no ſuo experit hō. Poſſūt hec etiā in ec-
cleſia intelligi: vt ea meli⁹ accipiam⁹ tāqꝫ
ꝓphetica indicia ꝑcedētia futuroꝝ. Pa-
radiſū ſcʒ ipſam eccleſiā: ſicut de illa legi
tur in cāticocāticoꝝ: quattuor aūt ꝑadiſi
flumina q̄ttuor euāgelia: ligna fructifera
ſctōs: fruct⁹ autē eoꝝ opa eoꝝ: lignū vite
ſctm̄ ſctōꝝ vtiqꝫ xp̄m: lignū ſciētie boni ⁊
mali ꝓpriū volūtat̄ arbitriū. Nec ſeipſo
qppe hō diuina volūtate cōtēpta: niſi ꝑni
cioſe vti pt: atqꝫ ita diſcit qđ interſit: vtrū
inhereat cōmunib⁹ bonis: an ꝓprio dele
ctet. Se qppe amās donat ſibi. vt inde ti-
morib⁹: merorib⁹ſqꝫ cōplet⁹ cantet i pſal-
mo: ſi tñ mala ſua ſentit: Ad meipm aīa Ps. 41
mea turbata ē: correctuſqꝫ iā dicat: Forti Ps. 58
tudiēʒ meā ad te cuſtodiā. Hec ⁊ ſi q̄ alia
cōmodius dici pñt de intelligēdo ſpūa
lif ꝑadiſo: nemine ꝓhibēte dicāt: dū tñ ⁊
hiſtorie veritas fideliſſima reꝝ geſtaꝝ nar
ratiōe cōmēdata credatur. Capi. XXII

[c] Corpora ḡ iuſtoꝝ q̄ in reſurrectione
futura ſūt: neqꝫ vllo ligno indigebūt
q̄ fiat vt nllo morbo vl' ſenectute inuetera
ta moriāt: neqꝫ vllis aliis corpalib⁹ alimē
tis qb⁹ eſuriēdi ac ſitiēdi q̄liſcūqꝫ mole-
ſtia deuitet: qm̄ certo ⁊ oīni mō inuiolabi
li munere imortalitat̄ induēt: vt non niſi
velint poſſibilitate nō neceſſitate veſcāt.
Qđ āgeli q̄ʒ viſibilit ⁊ tractabilit apparē
tes: nō q꞉ indigebāt: ſʒ q꞉ volebāt ⁊ pote
rant: vt hoīb⁹ ꝯgruerēt ſui miniſterii q̄dā
hūanitate fecerūt. Neqꝫ eni in phātaſma
te āgelos ediſſe credēdū ē: qñ eos hoīes
hoſpitio ſuſceperūt: qꝫuis vtrū āgeli eſſent
ignorātib⁹ ꝯſimili nob indigētia veſci vide
rent. Vñ eſt qđ ait āgelus in libro tobie:
Videbatis me māducare: ſʒ viſu vr̄o vide Tobie. 12
batis: id eſt neceſſitate reficiēdi corpis ſic
vos facitis me cibū ſumere putabat. Sʒ
ſi forte đ āgelis aliud credibili⁹ diſputari
pt: certe fides xp̄iana de ipo ſaluatore nō
dubitat: qđ etiā poſt reſurrectōēʒ iā q̄dē i
ſpūali carne: ſʒ tñ vera: cibū ac potū cū
diſcipulis ſumpſit. Nō eni ptās ſʒ egeſtas
edendi ac bibēdi talib⁹ corpib⁹ aufert.
Vñ ⁊ ſpūalia erūt: nō q꞉ corpa eē deſiſtēt:
ſʒ q꞉ ſpū viuificāte ſubſiſtent. Ca. XXIII

[n] Nam ſic corpa iſta q̄ hñt aīam viuētē:
nondū ſpm̄ viuificātē aīalia dicūt:
corpa: nec tñ aīe ſūt ſʒ corpa: ita illa ſpūa-
lia vocāt corpa. Abſit tñ vt ſpūs ea cre
dam⁹ futura: ſʒ corpa carnis habitura ſub
ſiſtētiā: ſʒ nullā tarditatē: corruptionēqꝫ
carnalē: ſpū viuificāte paſſura. Tūc iam

nõ terrenus ſ; celeſtis hõ erit: nõ q2 corpuſ
qd̃ de terra factũ eſt nõ ipm̃ erit: ſ; q2 dono
celeſti iã tale erit: vt etiã celo incolẽdo non
amiſſa natura ſed mutata q̃litate ꝯueniat.
j. Corinth. j5 Primus autẽ hõ de terra terren⁹ in animã
viuẽtẽ factus eſt: nõ in ſpm̃ viuificãtẽ: qd̃
ei per obedẽtię meritũ ſeruabaẗ. Ideo cor
pus eius qd̃ cibo ac potu egebat: ne fame
afficereẗ ac ſiti: ⁊ nõ imortalitate illa abſo-
luta atq3 indiſſolubili: ſ; ligno vitę a mortis
neceſſitate ꝓhibebaẗ: atq3 in iuuẽtutis flo-
re retinebaẗ: nõ ſpiritale ſed animale fuiſſe
non dubiũ eſt: nequaq̃3 tñ moriturũ: niſi in
dei p̃dicẽtis minãtiſq3 ſentẽtiã delinquẽdo
corruiſſet. Et alimẽtis q̃dẽ etiã extra padi-
ſum nõ negatis: a ligno tñ vitę ꝓhibit⁹ tar
dius eſſet tp̃e vetuſtateq3 finiendus: in ea
dũtaxat vita: quã in corp̃e licet animali do
nec ſpiritale obediẽtię merito fieret: poſſet
in paradiſo niſi peccaſſet habere ꝑpetuã.
Quapropẗ etiã ſi mortẽ iſtã manifeſtã qua
fit animę a corp̃e ſeparatio intelligam⁹ ſimul
Gene. 2 ſignificatã: in eo qd̃ deus dixerat: qua die
ederitis ex illo morte moriemini: non ideo
debet abſurdũ videri: q2 nõ eo prorſus die
a corp̃e ſũt ſoluti quo cibũ interdictũ mor-
tiferũq3 ſumpſerũt. Eo q̃ppe die mutata in
deterius vitiataq3 natura: atq3 a ligno vitę
ſeparatiõe iuſtiſſima: mortis in eis etiã corpa
lis neceſſitas facta ẽ: cũ qua nos neceſſita-
te nati ſum⁹. Propẗ qd̃ aplus nõ ait: cor-
Roma. 8 pus q̃dẽ moriturũ eſt ꝓpter petm̃: ſ; ait cor
pus q̃dẽ mortuũ eſt ꝓpter petm̃: ſpũs autẽ
vita eſt ꝓpter iuſticiã. Deinde ſubiũgit. Si
autẽ ſpũs eius q̃ ſuſcitauit xp̃m a mortuis
habitat in vobis: q̃ ſuſcitauit xp̃m a mortu
is viuificabit ⁊ mortalia corpa vr̃a: ꝑ inha
bitãtẽ ſpm̃ eius in vobis. Tunc ḡ erit cor-
pus in ſpũm viuificãtẽ: qd̃ nũc eſt in aiam
viuẽtẽ: et tñ mortuũ dicit aplus: q2 iã mo-
riẽdi neceſſitate cõſtrictũ eſt. Tunc aũt ita
erat in aiam viuẽtẽ: q̃uis nõ in ſpm̃ viuifi
cãtẽ: vt tñ mortuũ dici recte nõ poſſ3: q2 ni-
ſi ꝑpetratiõe peti neceſſitatẽ moriẽdi habe
Gene. 3 re nõ poſſet. Cum v̂o deus ⁊ dicẽdo: adam
vbi es: mortẽ ſignificauerit aię: q̃ facta eſt il
Ibidem. lo deſerẽte: et dicẽdo: terra es: et in terram
ibis: mortẽ ſignificauerit corpis q̃ illi fit aia
decedẽte: ꝓpterea de morte ſecũda nihil di
xiſſe credẽdũ eſt: q2 occultã eſſe voluit pro-
pter diſpẽſationẽ teſtamẽti noui: vbi ſecũ-
da mors apertiſſime declaraẗ: vt prius iſta
mors p̃ma q̃ cõmunis eſt om̃ib⁹ ꝓdereẗ ex
illo veniſſe petõ qd̃ in vno cõmune factum

eſt om̃ib⁹: mors v̂o ſecũda nõ vtiq3 cõmu
nis eſt om̃ib⁹ ꝓpter eos q̃ ſm̃ ꝓpoſitũ voca
ti ſũt ſcti: quos añ p̃ſciuit ⁊ p̃deſtinauit: ſicͭ
ait aplus: cõformes fieri imagini filij ſui: vt Roma. 8
ſit ipſe p̃mogenit⁹ in m̃ltis fratrib⁹: quos a
ſecunda morte ꝑ mediatorẽ dei gr̃a libera-
uit. In corp̃e ḡ aiali p̃mũ hoiem factũ: ſic
aplus loquiẗ. Volẽs eni ab ſpiritali qd̃ in
reſurrectiõe futurũ eſt ſ; qd̃ nũc ẽ aiale diſ-
cernere: ſeminaẗ inquit in corruptiõe: ſur- j. Corinth. j5
get in incorruptiõe: ſeminaẗ in cõtumelia:
ſurget in gl̃ia: ſeminaẗ in infirmitate: ſurget
in v̂tute: ſeminaẗ corpus aiale: ſurget cor-
pus ſpiritale. Deinde vt ſ; ꝓbaret: ſi eſt in- Ibidem.
quit corpus aiale: ẽ ⁊ ſpiritale. Et vt q̃d eẽt
corpus aiale oñderet: ſic inquit ſcriptũ eſt:
fact⁹ ẽ p̃m⁹ hõ in aiam viuẽtẽ. Iſto igiẗ mõ Gene. 2
voluit oñdere q̃d ſit corp⁹ aiale: q̃uis ſcri-
ptura nõ dixerit de p̃mo hoie q̃ ẽ appellat⁹
adã: qñ illi aia flatu dei creata eſt: ⁊ fact⁹
eſt hõ in corp̃e aiali: ſ; fact⁹ eſt hõ in aiam
viuẽtẽ. In eo ḡ qd̃ ſcriptũ ẽ: fact⁹ ẽ p̃m⁹ hõ Ibidem.
in aiam viuẽtẽ: voluit apl̃s intelligi corpuſ
hois aiale. Spiritale aũt queadmodũ in-
telligẽdũ eſſet: oñdit addendo. Nouiſſim⁹ j. Corinth. j5
aũt adã in ſpm̃ viuificãtẽ: ꝓculdubio xp̃m
ſignificãs: q̃ iã ex mortuis ita reſurrexit: vt
mori om̃ino deinceps nõ poſſit. Deiñ ſeq̃ẗ
et diĉ. S3 nõ p̃mũ qd̃ ſpiritale eſt: ſ; qd̃ aia-
le: poſtea ſpiritale: vbi multo apertius de-
clarauit ſe aiale corpus inſinuaſſe in eo qd̃
ſcriptũ eſt: factũ eſſe p̃mũ hoiem in aiam vi Gene. 2
uentẽ: ſpiritalẽ autẽ in eo qd̃ ait: nouiſſim⁹
adam in ſpm̃ viuificãtẽ. Prius eſt eni aia-
le corpus: quale habuit p̃mus adam q̃uis
nõ moriturũ niſi peccaſſet: quale nũc habe
mus et nos hacten⁹ eius mutata vitiataq3
natura: quatenuſ in illo poſtea q̃3 peccauit
effectũ eſt: vnde haberet iã moriẽdi neceſſi
tatẽ: quale ꝓ nobis etiã xp̃s habere digna
tus eſt: nõ quidẽ neceſſitate ſ; p̃tãte: poſtea
vero ſpiritale quale iã p̃ceſſit in xp̃o tãq3 in
capite nr̃o: ſecuturũ eſt aũt in mẽbris eius
vltima reſurrectiõe mortuoꝝ. Adiũgit de-
inde aplus: duoꝝ iſtoꝝ hoim euidẽtiſſimã
differẽtiã dicẽs. Primus hõ de terra terre j. Corinth. j5
nus: ſecũdus hõ de celo celeſtis. Qualis
terrenus: tales ⁊ terreni: qualis celeſtis: ta-
les ⁊ celeſtes. Et quomõ induim⁹ imaginẽ
terreni: induam⁹ et imaginẽ eius q̃ de celo
eſt. Hoc aplus ita poſuit: vt nũc quidẽ in
nobis ſm̃ ſacramẽtũ regeneratiõis fiat: ſicͭ
alibi diĉ. Quotquot in xp̃o baptiſati eſtis Gal. 3
xp̃m induiſtis: re aũt ipa tũc ꝑficieẗ: cũ ⁊ in

nobis qđ eſt aiale naſcēdo: ſpiritale factū
fuerit reſurgēdo. Ut eni eiuſdē vbis vtar:
Roma.8 ſpe ſalui facti ſum⁹. Induim⁹ aūt imaginē
terreni hominis ꝓpagatiōe ꝑuaricatiōis ⁊
mortis: quā nobis intulit generatio: ſ; in-
duim⁹ imaginē celeſtis hois gr̄a indulgen
tię vitęq; ꝑpetuę: qđ nobis ꝓſtat regenera-
tio: nō niſi ꝑ mediatorē dei et hoim hoiem
xp̄m ieſum: quē celeſtē hoiem vult intelli-
gi: q̄ꝛ de celo venit: vt terrenę mortalitatis
corpe veſtiret̄: qđ celeſti imortalitate veſti-
ret. Celeſtes vero ideo appellat et alios: q̄ꝛ
fiunt ꝑ gratiā mēbra eius: vt cū illis ſit vn⁹
xp̄us velut caput ⁊ corpus. Hoc in eadē
i.Corinth.15 ep̄la euidēti⁹ ita ponit. Per hoiem mors:
et ꝑ hoiem reſurrectio mortuoꝝ. Sicut eni
in adam om̄es moriunt̄: ita ⁊ in xp̄o om̄es
viuificabunt̄. Iam vtiq; in corpe ſpiritali
qđ erit in ſpūm viuificātē: nō q̄ꝛ om̄es qui in
adam moriunt̄ mēbra erunt xp̄i: ex illis eni
multo plures ſecūda in ęternū morte ple-
ctent̄: ſ; ideo dictū eſt om̄es atq; om̄es: q̄ꝛ
ſicut nemo corpe aiali niſi in adam morit̄:
ita nemo corpe ſpiritali niſi in xp̄o viuifica
tur. Proinde nequaq; putandū eſt nos in
reſurrectiōe tale corpus habituros: quale
habuit hō ꝑmus ante pctm̄: neq; illud qđ
i.Corinth.15 dictū eſt: qualis terren⁹ tales et terreni: ſm̄
illud intelligēdū eſt qđ factū ē admiſſione
pcti. Nō eni exiſtimādū ē eū ꝑuſq; peccaſſ;
ſpiritale corpus habuiſſe: et pcti merito in
aiale mutatū. Ut eni hoc putet̄ parū atten
Ibidem. dunt̄ tanti verba doctoris q̄ ait. Si eſt cor-
pus aiale: eſt et ſpiritale: ſicut ſcriptum eſt.
Prim⁹ hō adam fact⁹ eſt in aiam viuētē: ſe
cūdus hō in ſpūm viuificantē. Nunqđ hoc
poſt pctm̄ factū eſt: cū ſit iſta hois ꝑma cō-
ditio: de q̄ beatiſſim⁹ ap̄ls ad corpus aiale
mōſtrādū h̄ teſtimoniū legis aſſūpſerat.

Uide ⁊ illud parū ꝯſide- Ca. XXIIII
rare qbuſdā viſum eſt: in eo qđ legit̄:
Gene.2 Inſpirauit deus in faciē hois ſpūm vitę ⁊ fa
ctus eſt hō in aiam viuētē: nō tūc aiam pri
mo hoi datā: ſ; eā q̄ iā inerat ſpū ſctō viuifi
catā. Mouet eni eos: q̄ dn̄s ieſus poſtea
q̄ reſurrexit a mortuis inſufflauit: dicēs di
Ioh.20 ſcipl'is ſuiſ. Accipite ſpūm ſctm̄. Unde tale
aliqđ exiſtimāt factū q̄le tūc factū eſt: q̄ſi et
hic ſecut⁹ euāgeliſta dixerit: et facti ſunt in
aiam viuētē. Qđ q̄dē ſi dictū eſſet hoc in-
telligerem⁹: q̄ aiaꝝ q̄dā vita ſit ſpūs dei: ſi-
ne quo aię rōnales mortuę deputāde ſūt:
q̄uis eaꝝ p̄ſētia viuere corpa videāt̄. Sed
nō ita factū q̄ñ eſt ꝯditus hō: ſatis ip̄a libri

verba teſtant̄: q̄ ita ſe habent. Et formauit Gene.2
deus hoiem puluerē de terra. Qđ q̄dā pla
nius interp̄tādū putātes dixerūt. Et finxit
deus hoiem de limo terrę: q̄m ſuperius di-
ctum fuerat: fons aūt aſcēdebat de terra et Ibidem.
irrigabat omnē faciē terrę: vt ex hoc limus
intelligēdus videret̄ humore ſc; terraq; cō
cretus. Ubi eni hoc dictū eſt: continuo ſe-
quitur: et formauit deus hoiem puluerē de Ibidem.
terra: ſicut gręci codices habēt: vn̄ in lati-
nam linguā ſcriptura ip̄a ꝯuerſa eſt. Siue
autē formauit ſiue finxit q̄s dicere voluerit
qđ grece dicit̄ eplaſten: ad rē nihil intereſt:
magis tn̄ ꝓprie dicit̄: finxit. Sed ambigui-
tas viſa eſt deuitāda eis q̄ formauit dicere
maluerūt: eo q̄ in latina lingua illud mag'
obtinuit ꝯſuetudo: vt hi dicāt̄ fingere q̄ ali
q̄d mēdacio ſimulāte cōponūt. Hunc igit̄
formatū hoiem de terrę puluere ſiue limo.
Erat eni puluis humect⁹: hūc inquā vt ex
ꝓſſius dicā ſic ſcriptura locuta eſt: puluerē
de terra: aiale corpus factū eſſe docet ap̄ls
cū aiam accepit. Et factus eſt iſte hō in ani Ibidem.
mā viuētē: id ē format⁹ iſte puluis fact⁹ ē in
aiam viuētē. Iam inquiūt habebat aiam:
alioquin nō appellaret̄ hō: q̄m hō nō ē cor-
pus ſolū vel aia ſola: ſ; q̄ ex aia cōſtat ⁊ cor
pore. Hoc quidē verū eſt q̄ nō totus hō ſ;
pars melior hois aia eſt: nec totus hō cor-
pus: ſ; inferior hois ps eſt: ſ; cū eſt vtrūq;
ꝯiunctū: ſimul hab; hois nomē: qđ tn̄ ⁊ ſin
gula nō amittūt: etiā cū de ſingulis loqui-
mur. Quis eni dicere ꝓhibet quotidiani
q̄dā lege ſermonis: hō ille defunctus eſt: et
nūc in requie eſt vel in pęnis: cū de aia ſola
poſſit hoc dici: ⁊ illo aut illo loco hō ille ſe-
pult⁹ eſt: cū hoc niſi de ſolo corpe nō poſſit
intelligi? An dictum ſūt ſic loqui ſcripturā
non ſolere diuinā? Immo v̄o illa ita nobis
in hoc atteſtat̄: vt etiā cū duo iſta cōiuncta
ſunt: ⁊ viuit hō: tn̄ etiā ſingula hois voca-
bulo appellet: aiam ſc; interiorē hoiem: cor
pus vero exteriorē hoiem vocās: tāq; duo
ſint hoies: cū ſimul vtrūq; ſit hō vn⁹. S; in
telligēdū eſt ſm̄ quid dicat̄ hō ad imaginē
dei: ⁊ terra hō atq; iturus in terrā. Illud eni
ſm̄ aiam rōnalē dicit̄: qualē deus inſufflā-
do: vl' ſi cōmodius dicit̄ inſpirādo indidit
hoi: id eſt hois corpi: hoc autē ſm̄ corpus
qualē hoiem deus finxit ex puluere: cui da
ta eſt anima vt fieret corpus aiale: id eſt hō
in aiam viuētē. Quapropt̄ in eo qđ dn̄s fe
cit: q̄ñ inſufflauit dicēſ: Accipite ſpūm ſctm̄: Ioh.20
nimirū hoc intelligi voluit q̄ ſpūs ſctūs nō

tātū ſit pr̄is: vez̄ etiā vnigeniti ipſius ſpūs.
Idē ipe quippe ſpūs eſt pr̄is ⁊ filij: cū quo
eſt trinitas pater et filius ⁊ ſpūs ſctūs: non
creatura ſ; creator. Neq; eni flatus ille cor
poreus de carnis ore procedēs ſubſtantia
erat ſpūs ſancti atq; natura: ſ; potius ſigni
ficatio qua intelligerem⁹ vt dixi ſpm̄ ſctm̄
pr̄i eſſe filioq; cōmunē: q2 nō ſunt eis ſingu
lis ſinguli: ſ; vnus amboz̄ eſt. Semp autē
iſte ſpūs in ſcripturis ſanctis greco voca-
bulo pneuma dicit: ſicut eū ⁊ hoc loco dn̄s
appellauit: qn̄ eū corp̱alis ſui oris flatus ſi-
gnificās diſcipl'is ſuis dedit: ⁊ locis om̄ib⁹
diuinoz̄ eloquioz̄ nō mihi aliter vnq̄ nū-
cupat⁹ occurrit. Hic v̇o vbi legit: et finxit
deus hoīem puluerē de terra: et inſufflauit
ſiue inſpirauit in faciē eius ſpm̄ vitę: nō ait
grecus pneuma qd̄ ſolet dici ſpūs ſctūs ſ;
pnoen: qd̄ nomē in creatura q̄ȝ in creatore
frequēti⁹ legit: vnde nōnulli etiā latini pro
pter differētiā: hoc vocabulū nō ſpm̄ ſ; fla-
tum appellare maluerūt. Hoc eni ⁊ in gre-
Eſaie. 42 co: etiā illo loco apud Eſaiam: vbi deus di
cit: Omnē flatum ego feci: oēm aīam ſine
dubitatione ſignificat. Quod itaq; grece
pnoen dicit: nr̄i aliqn̄ flatum: aliqn̄ ſpūm:
aliqn̄ inſpirationē vel aſpirationem: aliqn̄
etiā animū interp̄tati ſunt. Pneuma vero
nūq̄ niſi ſpm̄: ſiue hoīs: de quo ait aplus:
j. Corinth. 2 Quis eni ſcit hoīm quę ſūt hoīs niſi ſpūs
hoīs qui in ipſo eſt. Siue pecoris: ſicut in
Eccl'e. 3 ſalomonis libro ſcriptū ē: Quis ſcit ſi ſpūs
hoīs aſcēdat ſurſum in cęlū: et ſpūs peco-
ris deſcēdat deorſuz in terrā. Siue iſtū cor-
poreū q̄ etiā ventus dicit: nā ei⁹ hoc nomē
Pſal. 148 eſt vbi in pſalmo canitur. Ignis: grando:
nix: glacies: ſpūs tempeſtat'. Siue iam nō
creatū ſ; creatorē: ſicut eſt de quo dicit dn̄s
Joh. 20 in euāgelio. Accipite ſpm̄ ſctm̄: eū in cor-
poreo ſui oris ſignificans flatu. Et vbi ait.
Matth. 28 Ite baptiſate oēs gētes in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊
ſpūs ſancti: vbi ipſa trinitas excellētiſſime
et euidētiſſime cōmēdata eſt. Et vbi legit:
Joh. 4 De⁹ ſpūs ē. Et alijs plurimis ſacraz̄ lr̄az̄
locis. In his q̄ppe omib⁹ teſtimonijs ſcri-
pturaz̄ quātū ad grecos attinet nō pnoen
vidim⁹ ſcriptū eſſe ſ; pneuma: quātū autē
ad latinos nō flatum ſ; ſpm̄. Quapropt̄ in
Gene. 2 eo qd̄ ſcriptū ē: inſpirauit: vel ſi mag' p̄prie
dicēdū eſt: inſufflauit in faciē ei⁹ ſpm̄ vitę:
ſi grecus nō pnoen ſicut ibi legit ſ; pneuma
poſuiſſet: nec ſic eſſet cōſequēs vt creatorē
ſpm̄: qui p̄prie dicit in trinitate ſpūs ſctūs
intelligere cogeremur: qn̄ q̄dē pneuma vt

dictū eſt: nō ſolū de creatore ſ; etiā de crea
tura dici ſolere manifeſtū ē. Sz cū dixiſſet
inquiūt ſpm̄: nō adderet vitę: niſi illū ſpm̄
ſctm̄ vellet intelligi. Et cū dixiſſet: fact⁹ eſt Gene. 2
hō in animā: nō adderet viuētē: niſi aīa vi-
tam ſignificaret: quę illi diuinit⁹ impartit
dono ſpūs dei. Cum eni viuat aīa inquiūt
p̄prio ſuę vitę mō: quid opus erat addere
viuētē: niſi vt ea vita intelligeret quę illi p̱
ſpm̄ ſctm̄ dat. Hoc q̄d eſt aliud niſi diligē-
ter p̄ humana ſuſpitiōe cōtēdere: ⁊ ſcriptu
ras ſctās non intelligēter attendere. Quid
eni magnū erat nō ire lōgius: ſ; in eodē li-
bro ipſo paulo ſuperius legere: producat Gene. 1
terra aīam viuētē: qn̄ animātia terreſtria cū
cta creata ſunt. Deinde aliquātis interpo-
ſitis in eodē tn̄ ipo libro: q̄d magnū erat ad
uertere qd̄ ſcriptū eſt: et om̄ia q̄ habēt ſpm̄ Gene. 7
vitę: et om̄is q̄ erat ſup̱ aridam mortu⁹ eſt:
cū inſinuaret om̄ia quę viuebāt in terra pe
riſſe diluuio. Si ergo ⁊ aīam viuētē et ſpm̄
vitę etiaz in pecorib⁹ inuenim⁹: ſicut loqui
diuina ſcriptura ɔſueuit: ⁊ cū hoc quoq; lo
co vbi legit: om̄ia q̄ habēt ſpm̄ vitę: nō grę
cus pneuma: ſ; pnoen dixit: cur non dici-
mus: q̄d opus erat vt adderet viuētē cū aīa
niſi viuat eſſet nō poſſit. Aut q̄d opus erat
vt adderet vitę: cū dixiſſet ſpm̄. Sed intel-
ligim⁹ ſpūm vitę: et aīam viuētē ſcripturā
ſuo more dixiſſe: cū aīalia: id ē corp̱a aīata
vellet intelligi: qb⁹ ineſſet p̱ aīam p̱ſpicuus
iſte etiā corp̱is ſenſus. In hoīs aūt ɔditiōe
obliuiſcimur quēadmodū loqui ſcriptura
cōſueuerit: cū ſuo prorſus more locuta ſit:
quo inſinuaret hoīem etiā rōnali aīa acce-
pta: quā nō ſic aliarū carniū aquis et terra
p̄ducētib⁹: ſ; deo flante creatā voluit intel
ligi: ſic tn̄ factū vt in corp̱e aīali qd̄ fit aīa in
eo viuēte ſic illa aīalia viueret: de quib⁹ di
xit: p̄ducat terra aīam viuētē: et q̄ itidē di- Gene. 1
xit habuiſſe in ſe ſpm̄ vitę: vbi etiā in gręco
nō dixit pneuma ſ; pnoen: non vtiq; ſpūm
ſctm̄: ſ; eoz̄ aīaz tali exprimēs noīe. Sz eni
dei flatus inquiunt dei ore exiſſe intelligit:
quē ſi animā crediderim⁹: cōſequēs erit vt
euſdē fateamur eſſe ſubſtātię: parēq; illi⁹
ſapiētię q̄ dicit: Ego ex ore altiſſimi p̄diui. Eccl. 24
Nō q̄dē dixit ſapiētia ore dei efflatā ſe fuiſ-
ſe: ſ; ex ei⁹ ore p̄diſſe. Sic aūt nos poſſum⁹:
nō de nr̄a natura qua hoīes ſum⁹: ſ; de iſto
aere circūfuſo quē ſpirādo ac reſpirādo du
cim⁹ ac reducim⁹ flatuz facere cū ſufflam⁹:
ita om̄ipotēs de⁹ nō de ſua natura: neq; de
ſubiacēti creatura: ſed etiā de nihilo potuit

facere flatum: quē corꝑi hoīs inſerēdo in-
ſpiraſſe vel inſufflaſſe ꝯuenientiſſime dictus
eſt: incorporeus incorporeū: ſꝫ inmutabilis
mutabilē: qꝛ nō creatus creatū. Uerūtñ vt
ſciāt iſti q̄ de ſcripturis loqui volūt: et ſcri-
pturaꝝ locutiōes nō aduertūt: nō hoc ſolū
dici exire ex ore dei: qđ eſt ęqualis eiuſdēq̧
naturę: audiāt vel legāt qđ deo dicēte ſcri-
Apoc.3 ptū eſt: qm̄ tepidus es: et neq̧ calidus ne-
q̧ frigidus incipiā te euomere ex ore meo.
Nulla itaq̧ cauſa eſt: cur aptiſſime loquēti
reſiſtam⁹ aplo: vbi ab ſpiritali corꝑe corꝑ⁹
aīale diſcernens: id eſt ab illo in quo futuri
j.Corinth.15 ſumus: hoc in quo nūc ſum⁹: ait. Seminaꝶ
corpus animale: ſurget corpus ſpiritale: ſi
eſt corpus animale eſt ⁊ ſpiritale: ſicut ſcri-
ptuꝫ eſt: factus eſt ꝑmus hō adam in aīam
viuētē: nouiſſim⁹ adā in ſpm̄ viuificātē: ſꝫ
nō ꝑmū qđ ſpiritale eſt: ſꝫ qđ aīale: poſtea
qđ ſpiritale. Prim⁹ hō de terra terren⁹: ſe-
cūdus hō de celo celeſtis. Qualis terren⁹
tales ⁊ terreni: ⁊ qualis celeſtis tales ⁊ cele
ſtes: ⁊ quō induim⁹ imaginē terreni: indua
mus ⁊ imaginē eius q̄ de celo eſt. De quib⁹
oīb⁹ aplicis verbis ſuperius locuti ſum⁹.
Corpus igitur aīale in quo primū hominē
adam factū eſſe dicit aplus: ſic erat factuꝫ:
nō vt mori oīno nō poſſet: ſꝫ vt nō more-
retur niſi hō peccaſſet. Nam illud qđ ſpū
viuificāte ſpiritale erit ⁊ imortale mori om-
nino nō poterit: ſicut aīa creata eſt imorta-
lis: que licet pctō mortua ꝓhibeaꝶ carens
quadā vita ſua. hoc eſt dei ſpū: quo etiā ſa-
piēter ⁊ beate viuere poterat: tñ ꝓpria qua
dam licet miſera vita ſua nō deſinit viuere:
qꝛ imortalis eſt creata. Sicut etiā deſerto-
res angeli licet ſm modū quēdā mortui ſūt
peccādo: qꝛ fontē vitę deſeruerūt qui deus
eſt: qui nō peccādo ſapiēter beateq̧ pote-
rāt viuere: tñ nō ſic mori potuerūt vt oīno
deſiſterēt viuere atq̧ ſentire: qm̄ imortales
creati ſunt: atq̧ ita in ſecūdā mortē poſt vl
timū ꝑcipitabunꝶ iudiciū: vt nec illic vita
careāꝶ: qn̄quidē etiā ſenſu cū in dolorib⁹ fu
turi ſūt nō carebūt. Sꝫ hoīes ad dei gratiā
ꝑtinētes ciues ſctōꝝ angeloꝝ in beata vita
manentiū: ita ſpiritalib⁹ corꝑib⁹ induētur:
vt neq̧ peccent amplius neq̧ moriaꝶ: ea
tñ imortalitate veſtiti: q̄ ſicut angeloꝝ nec
pctō poſſit auferri: natura qdē manēte car-
nis ſꝫ nulla oīno carnali corruptibilitate
vel tarditate remanēte. Sequiꝶ aūt queſtio
neceſſario ptractāda: et dño deo veritatis
adiuuāte ſoluenda. Si libido mēbroꝝ in-
obediētiū ex pctō inobediētię in illis ꝑmis
hominibus cū illos diuina grā deſeruiſſet
exorta ē: vnde in ſuā nuditatē oculos ape-
ruerūt: id eſt eā curioſius aduerterūt: et qꝛ
impudēs motus voluptatis arbitrio reſiſte
bat pudēda texerūt: quomō eſſēt filios pro
pagaturi ſi vt creati fuerāt ſine ꝑuaricatiōe
māſiſſent. Sꝫ qꝛ et liber iſte claudēdus eſt:
nec tāta iſta queſtio in ſermonis anguſtias
coartanda: in eū qui ſequiꝶ cōmodiore diſ
putatione differatur.

Explicitus eſt liber tredecimus.

Incipiūt capitula libri decimiquarti.

j Per inobediētiā ꝑmi hoīs in ſecū-
dę mortꝭ ꝑpetuitatē ruituros fuiſ
ſe multos niſi dei grā liberaret.
ij De vita carnali q̄ nō ex corꝑis tm̄ ſ
etiā ex animi ſit intelligēda vitijs.
iij Peccati cauſam ex aīa nō ex car-
ne ꝓdiſſe: et corruptionē ex pctō
ꝯtractā nō pctm̄ eē ſ penā. (uere
iiij Quid ſit ſm hoīem q̄ due ſm deū vi-
v Qꝛ de corꝑis aīeq̧ natura tolerabi
lior q̄dē platonicoꝝ q̄ꝫ manicheo-
rū ſit opinio: ſ ⁊ ipi reprobāꝶ: qm̄
vitioꝝ cās naturę carnis aſcribūt
vj De qualitate volūtatꝭ humanę ſub
cui⁹ iudicio affectiōes animi aut
praue habenꝶ aut recte.
vij Amorē et delectationē indifferēter
et in bono et in malo apud ſacras
litteras inueniri.
viij De tribus perturbationib⁹ quas in
animo ſapientis ſtoici eſſe volue-
runt: excluſis dolore ſiue triſticia
quā vtus animi ſentire nō debeat
ix De ꝑturbatōib⁹ animi: quaꝝ affe-
ctus rectos habet vita iuſtorū.
x An ꝑmos hoīes in ꝑadiſo ꝯſtitutoſ
nullis ꝑturbatōib⁹ priuſq̄ꝫ deliq̄-
runt affectos fuiſſe credēdū ſit.
xj De lapſu primi hominis in quo be
ne cōdita natura eſt: nec poteſt ni
xij De quali- (ſi a ſuo auctore repari
tate ꝑmi hoīs peccati admiſſi.
xiij Qꝛ in ꝑuaricatōe adę ad opus ma
lum mala pręceſſit voluntas.
xiiij De ſuperbia trāſgreſſiōis que ipſa
fuit trāſgreſſione deterior.
xv De iuſticia retributiōis: quā primi
hoīes ꝓ ſua inobediētia receperūt
xvj De libidinis malo cuius nomē cū

multis vitijs ɔgruat: ꝓprie tñ mo
tibus obſcenis corpis aſcribiť.
xvij Be nuditate pmoꝝ hoim quã poſt
pctm̃ turpẽ pudẽdãq; viderũt.
xviij Be pudore ɔcubit⁹ nõ ſolũ vulga-
xix Qꝛ ptes irę atq; (ri ſ etiã ɔiugali.
libidinis tã vitioſe mouẽť: vt eas
ncẽe ſit frenis ſapię cohiberi q̃ in
illa añ pctm̃ naťe ſanitate ñ fueřt.
xx Be vaniſſima turpitudine cynicoꝝ
xxj Be bñdictiõe mltiplicãde fęcũdita
tis hũanę añ pctm̃ quã ꝑuarica-
tio ñ adimeret ⁊ cui libidinis mor-
xxij Be copula ɔiugali (b⁹ acceſſerit.
a deo pmit⁹ inſtituta atq; bñdicta.
xxiij An etiã in ꝑadiſo generãdũ fuiſſet
ſi nemo peccaſſet: vel vtrũ ɔ̃ actũ
libidinis pugnatura illic fuiſſ; ca
xxiiij Qꝛ inſontes hoies (dino caſtitatĩ
⁊ merito obediẽtię in ꝑadiſo ꝑma
nẽtes ita genitalib⁹ mẽbris fuiſſẽt
vſuri ad generationẽ prolis: ſicut
cęteris ad arbitriũ volũtatis.
xxv Be vera btitudine quã tpalis vita
xxvj Qꝛ fęlicitas in ꝑadi- (nõ obtinet.
ſo viuẽtiũ: ſine erubeſcẽdo appeti
tu generãdi officiũ credẽda ſit im-
xxvij Be peccatorib⁹ (plere potuiſſet
et angelis ⁊ hominib⁹ quoꝝ ꝑuer-
ſitas nõ ꝑturbat ꝓuidẽtiã dei.
xxviij Be qualitate duarũ ciuitatũ terre-
nę atq; cęleſtis.

Incipit liber decimusquartus. Ca. I

Primus iam in ſuperio rib⁹ libris ad humanũ gen⁹ nõ ſolũ naturę ſi- militudine ſociãdũ: ve rum etiã quadã cogna tionis neceſſitudine in vnitatẽ cõcordẽ pacis vinculoq; colligãdũ: ex hoie vno deũ vo- luiſſe hoies inſtituere: neq; hoc gen⁹ fuiſſe in ſingulis q̃buſq; moriturũ: niſi duo primi quoꝝ creat⁹ eſt vnus ex nullo: alter ex illo: id inobediẽtia meruiſſent: a quib⁹ admiſſũ eſt tã grãde pctm̃: vt in deterius eo natura mutareť hũana: etiã in poſteros obligatõe pcti et mortĩ neceſſitate trãſmiſſa. Mortis aũt regnũ in hoies vſq;adeo dñatũ eſt: vt omes in ſecũdã quoq; mortẽ cui⁹ nllš eſt fi nis: pena debita ꝑcipites ageret: niſi inde quoſdã indebita dei gr̃a liberaret: ac ꝑ hoc factũ eſt vt cũ tot tãteq; gẽtes ꝑ terraꝝ or- bem diuerſis ritibus moribuſq; viuentes: multiplici linguaꝝ: armoꝝ: veſtiũ: ſint va- rietate diſtincte: nõ tñ amplius q̃ꝫ duo q̃dã genera humanę ſocietatis exiſterẽt: q̃s ciui tates duas ſ̃m ſcripturas nr̃as merito ap- pellare poſſum⁹. Una quippe eſt hoim ſ̃m carnẽ: altera ſ̃m ſpũm viuere in ſui cuiuſq; generis pace volẽtiũ: ⁊ cũ id qđ expetũt aſ- ſequũť in ſui cuiuſq; generis pace viuẽtiũ.

Primus iã in ſupi oribus ⁊c. In h. xiiij. libro eſt intẽtio ꝑncipa lis au- guſtini agere d̃ ortu du arũ ciui- tatũ ſpe cialiť in genere hũano et illaꝝ ciuita- tũ qua- litate.

Prius ergo videndũ eſt q̃d ſit Ca. II ſ̃m carnẽ: q̃d ſ̃m ſpm̃ viuere. Quiſq̃s eni hoc qđ dixim⁹ ꝑma fronte inſpicit: vel nõ recolẽs vel min⁹ aduertẽs: quẽadmo- dũ ſcripturę ſanctę loquanť: poteſt putare ph̃os quidẽ epicureos ſ̃m carnẽ viuere: qꝛ ſummũ bonũ hois in corpis voluptate po ſuerũt: et ſi q̃ alij ſunt: q̃ quoquo mõ corpis bonũ ſummũ bonũ eſſe hois opinati ſunt: et omẽ eorũ vulgus q̃ nõ aliquo dogmate vel eo mõ ph̃anť: ſꝫ procliues ad libidinẽ: niſi ex voluptatib⁹ q̃s corporeis ſenſib⁹ ca- piũt: gaudere neſciũt. Stoicos aũt q̃ ſum- mũ bonũ hois in animo ponũt ſ̃m ſpm̃ vi uere: qꝛ et hois animus quid eſt niſi ſpũs? Sꝫ ſicut loquiť ſcriptura diuina: ſ̃m carnẽ viuere vtriq; mõſtranť. Carnẽ q̃ppe appel- lat non ſoluꝫ corpus terreni atq; mortalis animãtis: veluti cũ dicit: nõ omis caro ea- dem caro: ſ alia q̃dẽ hois: alia aũt caro pe coris: alia volucrũ: alia piſciũ: ſ alijs mltis modis ſignificatiõe hui⁹ nois vtiť: inter q̃s varios locutiõis modos: ſępe etiã ipm̃ ho minẽ: id ẽ naturã hois carnẽ nũcupat: mõ locutiõis a pte totũ: q̃le eſt: ex opib⁹ legis nõ iuſtificabiť omis caro. Quid eni hic vo luit intelligi: niſi omes hoies? Qđ aptius paulopoſt ait. In lege nemo iuſtificabiť. Et ad galathas. Sciẽtes aũt qꝛ nõ iuſtifi- cabiť hõ ex opib⁹ legis. Scđm h̃ intelligiť: Et verbũ caro factũ eſt: id eſt hõ. Qđ non recte accipiẽtes q̃dã putauerũt xp̃o huma nam aiam defuiſſe. Sic eni a toto pars ac- cipiť: vbi marię magdalenę verba in euã- gelio leguntť dicẽtis. Tulerũt dñm meũ: et neſcio vbi poſuerũt eũ: cũ de ſola xp̃i carne loq̃reť: quã ꝑfecto ſepultã de monumẽto putabat ablatã: ita ⁊ a pte totũ carne noia- ta intelligiť hõ: ſic ea ſunt q̃ ſup̃ cõmemora uim⁹. Cum igiť mltis modis quos ꝑſcruta ri ⁊ colligere lõgũ ẽ: diuina ſcriptura nũcu pet carnẽ: q̃d ſit ſ̃m carnẽ viuere: qđ ꝑfecto

Capitulum II Prius ergo ⁊c. In h. ca. dicit q̄ epicurei poſuerũt ſũmũ bo- nũ in volu ptate cor- poris ⁊ ſtoi ci i animo. De opini one tñ epi curi ſcri- bit ſeneca i epl̃a q̃dã ad luciliũ q̃ incipit. Clarũ cõ- diſcipulũ iſto mõ. apud epi- curũ duo bona ſũt. ex q̃b⁹ ſũ- muꝫ illud bonũ bea titq; cõpo niť. vt cor p⁹ ſine do lore ani- muſq; ſine ꝑturbatio ne ſit.

1. Corinth. 15

Roma. 3

Gal. 2

Joh. 1

Joh. 20

malum eſt: cum ipſa carnis natura non ſit
maluꝫ vt indagare poſſimus: inſpiciamus
diligēter illū locū ep̄le pauli apl̄i: quā ſcri-
Gal. 5 pſit ad galathas: vbi ait. Manifeſta autē
ſūt opa carnis: q̄ ſūt fornicatiōes: imūdi-
cię: luxurie: idoloꝝ ſeruit⁹: veneficia: inimi
citię: ꝯtentiōes: ęmulatiōes: animoſitates:
diſſenſiones: hereſes: inuidię: ebrietates:
cōmeſſatiōes: et his ſimilia: q̄ p̄dico vobis
ſicut predixi: qm̄ qui talia agunt regnū dei
nō poſſidebūt. Iſte tot⁹ ep̄le aplice locus
quātū ad rē p̄ſentē ſatis eſſe videbit̄ ꝯſide-
ratus poterit hāc diſſoluere queſtionē q̄d
ſit ſm carnē viuere. In opib⁹ nāq; carnis
q̄ manifeſta eē dixit: eaq; cōmemorata dā-
nauit: nō illa tātū inuenim⁹ q̄ ad volupta-
tē ptinēt carnis: ſicut ſunt fornicatiōes: im-
mūdicię: luxurię: ebrietates: cōmeſſatōes:
verū etiam illa quib⁹ animi vitia demon-
ſtrant̄ a voluptate carnis aliena. Quis eni
ſeruitutē q̄ idolis exhibet̄: veneficia: inimi
citias: cōtentiōes: ęmulatiōes: animoſita-
tes: diſſenſiones: hereſes: inuidias: nō po-
tius intelligat animi vitia eſſe q̄ꝫ carnis? qn̄
quidē fieri pōt: vt ꝓpter idolatriā vel here-
ſis alicui⁹ errorē a voluptatib⁹ carnis tem-
peret̄: et tm̄ etiā tūc hō q̄uis carnis libidi-
nes ꝯtinere atq; cohibere videat̄: ſm carnē
viuere: hac aplica auctoritate ꝯuincit̄: ⁊ in
eo q̄ abſtinet a voluptatib⁹ carnis dānabi
lia opa carnis agere demōſtrat̄? Quis ini-
micitias nō in animo habeat: aut q̄s ita lo-
quat̄: vt inimico ſuo vel quē putat inimicū
dicat malā carnē ac nō potius malū animū
habes aduerſum me? Poſtremo ſicut car-
nalitates: vt ita dicā: ſi q̄s audiſſet nō dubi
taret carni tribuere: ita nemo dubitat ani-
moſitates ad animū pertinere. Cur ḡ hec
I. Thi. 2 oīa et his ſimilia: doctor gentiū in fide ⁊
veritate opa carnis appellat: niſi q̄ eo lo-
cutiōis mō quo totū ſignificat̄ a parte: ipm̄
hoiem vult noīe carnis intelligi? Ca. III

Quod ſi quiſq; dicit carnē cauſaꝫ eſſe
in malis morib⁹ quorūcūq; vitioꝝ: eo q̄
aīa carne affecta ſic viuit: pfecto nō vniuer
Sap. 9 ſam hoīs naturā diligēter aduertit. Nā cor
pus q̄dē corruptibile aggrauat aīam. Vn̄
2. Cor. 4 etiā idē aplus agēs de hoc corruptibili cor
pore de quo pauloante dixerat: ⁊ ſi exterior
2. Cor. 5 hō nr̄ corrūpit̄: ſcim⁹ inquit q̄ ſi terrena no
ſtra dom⁹ hui⁹ habitatōis diſſoluat̄ q̄ ędifi
catione habem⁹ a deo domū nō manufa-
ctā ęternā in celis. Etenī in hoc ingemiſci-
mus habitaculū nr̄m qd̄ de cęlo eſt ſupin-
dui cupiētes: ſi tm̄ induti nō nudi inuenia-
mur. Etenī q̄ꝫdiu ſumus in hac habitatiōe
ingemiſcim⁹ grauati eo q̄ nolum⁹ expoliari
ſ ſupueſtiri. vt abſorbeat̄ mortale a vita: et
aggrauamur igit̄ corruptibili corpe: ⁊ ipſiuſ
aggrauatiōis cauſā nō naturā ſubſtātiāq;
corpis ſꝫ eius corruptionē ſciētes nolum⁹
corpe expoliari ſ eius imortalitate ſupueſti
ri. Et tūc ergo erit corpus ſ q̄ corruptibile
non erit: nō grauabit. Aggrauat ergo nūc Sap. 9
aīam corpus corruptibile: ⁊ deprimit terre
na inhabitatio ſenſum multa cogitātē. Ve
rūtn̄ q̄ oīa aię mala ex corpe putāt accidiſ-
ſe in errore ſunt. Quis eni virgilius plato-
nicā videat̄ luculētis verſib⁹ explicare ſetē-
tiā dicēs. Igneus eſt ollis vigor et cęleſtis
origo Seminib⁹: quātum nō noxia corpa
tardāt. Terreniq; hebetāt artuſ moribūda
q; mēbra. Omneſq; illas notiſſimas quat-
tuor animi pturbatiōes: cupiditatē: timo-
rem: lęticiā triſticiā: q̄ſi origines oīm pctōꝝ
atq; vitioꝝ volēs intelligi: ex corpe accide
re ſubiūgat ⁊ dicat. Hinc metuūt cupiūtq;
dolēt gaudētq;: nec auras Suſpiciūt: clau
ſe tenebris et carcere cęco. Tn̄ aliter ſe hꝫ
fides nr̄a. Nā corruptio corpis que aggra
uat aīam nō pcti p̄mi eſt cauſa ſꝫ pena: nec
caro corruptibilis aīam peccatricē: ſed aīa
peccatrix fecit eſſe corruptibilē carnē. Ex q̄
corruptiōe carnis licet exiſtant q̄dā incita
mēta vitioꝝ et ipa deſideria vitioſa: nō tn̄
oīa vitę inique vitia tribuēda ſunt carni:
ne ab his oīb⁹ purgem⁹ diabolū: q̄ nō ha
bet carnē. Et ſi eni diabolus fornicator vel
ebrioſus vel ſi q̄d hui⁹ mali eſt qd̄ ad car-
nis ptinet voluptates nō p̄t dici cū ſit etiā
taliū pctōꝝ ſuaſor et inſtigator occult⁹: eſt
tm̄ maxime ſupbus atq; inuidus. Que illū
vitioſitas ſic obtinuit: vt ꝓpter hāc eſſet in
carcerib⁹ caliginoſi hui⁹ aeris ęterno ſup-
plicio deſtinat⁹. Hec aūt vitia que tenēt in
diabolo p̄ncipatū carni tribuit aplus quā
certū eſt diabolū nō habere. Dic̄ eni inimi Gal. 5
citias: ꝯtentiōes: ęmulatōes: animoſitateſ:
inuidias opa eſſe carnis: quoꝝ oīm maloꝝ
caput atq; origo ſupbia eſt: q̄ ſine carne re-
gnat in diabolo. Quis aūt illo eſt inimici-
tior ſetis? Quis aduerſus eos cōtētioſior:
aioſior ⁊ magi ęmuluſ atq; inuidus inuenit̄?
Et h̄ oīa cū habeat ſine carne: quō ſūt iſta
opa carnis: niſi q̄ opa ſunt hoīs: quē ſicut
dixi noīe carnis appellat? Nō eni habēdo
carnē quā nō hꝫ diabolus: ſ viuēdo ſm ſe-
ipm̄ hoc ē ſm hoiem fact⁹ eſt hō ſimilis dia

Ponit verſus virgilij vj. ęneidos ex ꝑmētēſ opinionē platonicā. q̄ dicit oīa mala aię ex corpore cōtigiſſe. vnde dic. Igne⁹ eſt ollis. more antiquorꝫ comicoruꝫ ponit olliſ ꝓ illis. vigor ⁊ cęleſtis origo Semib⁹ ⁊ illō in tātū faciunt quātuꝫ nō tardāt noxia corpora Terreniq; hebetant art⁹ moribundaque mēbra. Hinc metuūt cupiūtq; dolēt gaudētq; id eſt habēt

Eneid. 6.

Ibidem.

mor paſſiones cōtrahūt a corpe necꝫ auras Reſpiciūt clauſe tenebrꝭ et carcere ceco.

bolo: qꝛ ⁊ ille ſm ſeipm̄ viuere voluit qñ in
veritate nō ſtetit: vt nō de dei ſꝫ de ſuo mē
daciū loquereť: q nō ſolū mēdax verū etiā
mēdacij pater eſt. Primꝰ eſt qͥppe mētitus:
et a quo petm̄ ab illo cepit eſſe mēdaciū.

Capi. IIII

Cum ergo viuit hō ſm homi
nem nō ſm deū ſimilis eſt diabolo: qꝛ
nec angelo ſm angelū ſed ſm deū viuēdū
fuit vt ſtaret in veritate: ⁊ veritatē illius nō
de ſuo mēdaciū loquereť. Nam et de hoīe
Roma.3 alio loco idē aplus ait. Si autē veritas dei
in meo mēdacio abūdauit. Meū dixit mē
daciū: veritatē dei. Cum itaqꝫ viuit hō ſm
veritatē: non viuit ſm ſeipm̄: ſꝫ ſm deum.
Ioh.14 Deus ē enī q dixit: ego ſum veritas. Cū vo
viuit ſm ſeipm̄: hoc eſt ſm hoīem non ſm
deum: pfecto ſm mēdaciū viuit: nō qꝛ hō
ipſe mēdaciū eſt: cū ſit eiꝰ auctor et creator
deus: q nō eſt vtiqꝫ auctor creatorqꝫ mēda
cij: ſed qꝛ hō ita factus eſt rectus: vt nō ſm
ſeipm̄ ſꝫ ſm eū a quo factus eſt viueret: id
eſt illius potius ꝙ̄ ſuā faceret volūtatē: nō
aūt ita viuere quēadmodū eſt factus vt vi
ueret: hoc eſt mēdaciū. Btūs qͥppe vult eē
etiā non ſic viuēdo vt poſſit eſſe. Quid eſt
hac volūtate mēdacius? Vñ nō fruſtra dici
pōt omne petm̄ eſſe mendaciū. Non enī fit
petm̄ niſi ea volūtate qua volumꝰ vt bene
ſit nobis: vel nolumꝰ vt male ſit nob. Ergo
mēdaciū eſt qđ cum fiat vt bene ſit nobis:
hinc potiꝰ male eſt nobis. vel cū fiat vt me
lius ſit nobis: hinc potius peius eſt nobis.
Vñ hoc? niſi qꝛ de deo pōt bene eē hoī quē
delinquēdo deſerit: nō de ſeipo ſm quē vi
uēdo delinquit? Qđ itaqꝫ diximꝰ hinc exti
tiſſe ciuitates duas diuerſas inť ſe atqꝫ cō
trarias: ꝙ alij ſm carnē: alij ſm ſpm̄ viue
rēt: pt etiā iſto mō dici: ꝙ alij ſm hoīeꝫ alij
ſm deū viuāt. Aptiſſime qͥppe paulus ad co
j.Cor.3 rinthios dic. Cū enī inť vos ſint emulatio
et cōtētio: nōne carnales eſtis ⁊ ſm hoīem
ambulatis? Qđ ergo eſt ambulare ſm ho
minē hoc eſt ſm hoīem viuere: qđ a carne
id eſt a pte hoīs minore intelligit hō. Eoſ
dē ipſos qͥppe dixit ſupius animales: quos
j.Cor.2 poſtea carnales: ita loquēs. Quis enī ſcit
inquit hoīm q ſunt hoīs: niſi ſpūs hoīs qui
in ipſo eſt? Sic et q dei ſunt nemo ſcit niſi
ſpūs dei. Nos aūt inquit nō ſpm̄ huiꝰ mū
di accepimꝰ ſꝫ ſpm̄ qui ex deo eſt: vt ſciamꝰ
que a deo donata ſunt nobis: que ⁊ loqui
mur: nō in ſapiētie humane doctis verbis:
ſꝫ docti ſpū: ſpiritualibꝰ ſpiritualia cōparā
tes. Animalis aūt nō pcipit que ſunt ſpūs
dei: ſtulticia eſt enī illi. Talibꝰ igiť id eſt aīa
libꝰ paulpoſt dicit. Et ego fratres nō potui j.Cor.3
loqui vobis qͥſi ſpiritualibꝰ: ſꝫ qͥſi carnali
bus. Et illud et hoc eodē loquēdi mō intel
ligiť: id eſt a pte totū. Et ab aīa nanqꝫ et a
carne q ſunt ptes hoīs pōt totū ſignificari
qđ eſt hō: atqꝫ ita nō eſt aliud aīalis hō ali
ud carnalis: ſꝫ idē ipm̄ eſt vtrūqꝫ: id eſt ſm
hoīem viuēs hō. Sicut ⁊ nō aliud ꝙ̄ hoīes
ſignificāť: ſiue vbi legiť: ex opibꝰ legis non Roma.3
iuſtificať oīs caro: ſiue quod ſcriptū eſt.
Septuagintaquinqꝫ aīe deſcēderūt cū ia Gene.46
cob in egyptū: et ibi enī p omnē carnē om
nis hō: ⁊ ibi p ſeptuaginquinqꝫ aīas ſeptu
agintaquinqꝫ hoīes intelligūť. Et qđ di
ctū eſt. Nō in ſapiētie humane doctis ver j.Cor.2
bis: potuit dici: nō in ſapiētie carnaliſ: ſicut
qđ dictuꝫ eſt ſm hoīem ambulatis: potuit
dici: ſm carnem. Magis aūt hoc apparuit
in his q ſubiūxit. Cū enī qͥs dicat: ego ſum j.Cor.3
pauli: alius autē ego apollo: nōne hoīes
eſtis? Qđ dicebat aīales eſtis: et carnales
eſtis: expreſſius dixit hoīes eſtis: qđ eſt ſm
hoīem viuitis: nō ſm deū: ſm quē ſi viue
retis dij eſſetis.

Capi. V

Non igiť opus eſt in petis vitijſqꝫ no
ſtris ad creatoris iniuriaꝫ carnis accuſare
naturā: q in genere atqꝫ ordie ſuo bona ē:
ſꝫ deſerto creatore bono: viuere ſm creatū
bonū non eſt bonū: ſiue qͥſqꝫ ſm carnē ſiue
ſm aīam: ſiue ſm totū hoīem q ꝯſtat ex aīa
et carne: vñ ⁊ noīe ſolius aīe: ⁊ noīe ſolius
carnis ſignificari pōt: eligat viuere. Nā q
velut ſūmū bonū laudat aīe naturā ⁊ tāqꝫ
malū naturā carnis accuſat: pfecto ⁊ aīaꝫ
carnaliť appetit: ⁊ carnē carnaliť fugit: qm̄
id vanitate ſentit humana: nō veritate diui
na: Non quidē platonici ſic manichei deſi
piūt: vt tāqꝫ mali naturā terrena corpa de
teſtenť: cū oīa elemēta qbꝰ iſte mūdus vi
ſibilis ꝯtrectabiliſqꝫ cōpactꝰ eſt: qͥlitateſqꝫ
eoꝝ deo artifici tribuāt. Veruntñ ex terre
nis artubus moribūdiſqꝫ mēbris ſic affici
aīas opināť: vt hinc eis ſint morbi cupidi
tatū ⁊ timoꝝ ⁊ leticie ſiue triſticie: qbꝰ quat
tuor vel ptrubationibꝰ vt cicero appellat: ſcꝫ in libris de finibꝰ bonoꝝ et maloꝝ.
vel paſſionibꝰ vt pleriqꝫ verbū e verbo gre
co exprimūt: oīs humanoꝝ moꝝ vitioſi
tas ꝯtineť. Qđ ſi ita eſt: quid eſt qđ eneas Nota ꝙ eneas ductus ad infernū et inde ad cāpos elyſios vt videret patreſ ſuū ꝯ q̄ iuuit a
apud virgiliū cū audiſſet a pr̄e apud infe
ros aīas rurſus ad corpa redituras: hanc
opinionē mirať exclamās: O pr̄ an ne ali
qͥs ad celū hinc ire putandū eſt Sublimes
aīas: iterūqꝫ ad tarda reuerti Corpa: q luc

p̄ie vt fingit virgilius. vi. eneidos. O p̄i: an ne aliquas ꝛc̄. vt in textu.

miſeris tam dira cupido? Nunq̄d nam hec
tam dira cupido ex terrenis artub⁹ moribū
diſq; mēbris adhuc ineſt aiaꝝ illi p̄dicatiſſi
me puritati? Nonne ab hmōi corporeis vt
dicit peſtibus om̄ib⁹ eas aſſerit eſſe purga-
tas: cū rurſus incipiūt in corpa velle reuer
ti? Unde colligit̄ etiā ſi ita ſe haberet: quod
eſt om̄ino vaniſſimū: viciſſim alternās in-
ceſſabiliter euntiū atq; redeūtiū aiaꝝ mun
datio ꝛ inquinatio: nō potuiſſe veraciter di
ci omnes culpabiles atq; vitioſos motus
aiaꝝ eis ex terrenis corpib⁹ inoleſcere. Si
quidē ſm̄ ipos illa vt locutor nobilis ait: di
ra cupido: vſq; adeo ñ ē ex corpe: vt ab om
ni corporea peſte purgatā: ꝛ extra om̄e cor
pus aiam cōſtitutā: ipſam cōpellat eſſe in
corpe. Un̄ etiā illis fatētib⁹ nō ex carne tm̄
afficit̄ aia vt cupiat: metuat: letet̄: ꝛ triſtet̄:
verū etiā ex ſeipſa his pōt motib⁹ agitari.

Sȝ virgilius.

Intereſt aūt qualis ſit volū- Ca. VI
tas hoīs: q2 ſi pūerſa ē: pūerſos habe
bit hos motus: ſi aūt recta eſt: non ſolū in-
culpabiles: verū etiā laudabiles erūt. Uo
luntas eſt q̄ppe in om̄ib⁹: imo omnes nihil
aliud q̄ʒ volūtates ſunt. Nam q̄d eſt cupi-
ditas ꝛ leticia: niſi volūtas in coꝝ cōſenſio
nem que volum⁹? Et q̄d eſt metus atq; tri-
ſticia niſi voluntas in diſſenſionē ab his q̄
nolum⁹? Sȝ cū cōſentim⁹ appetēdo ea que
volum⁹: cupiditas: cū aūt cōſentim⁹ fruē-
do his que volum⁹ leticia vocat̄. Itēq; cū
diſſentim⁹ ab eo quod accidere nolum⁹ ta-
lis volūtas metus eſt: cū aūt diſſentim⁹ ab
eo qđ nolētib⁹ accidit: talis volūtas triſti-
cia eſt. Et om̄ino p̄ varietate rerū que appe
tunt̄ atq; fugiunt̄: ſicut allicit̄ vel offendit̄
volūtas hoīs: ita in hos vel illos affectus
mutat̄ et vertit̄. Quapropt̄ hō qui ſm̄ deū
non ſm̄ hoīem viuit: oportet vt ſit amator
boni: vñ fit ꝯſequēs vt malū oderit. Et qm̄
nemo natura: ſȝ q̄ſquis malus eſt: vitio ma
lus eſt: p̄fectū odiū debet malis q̄ ſm̄ deuȝ
viuit: vt nec p̄pter vitiū oderit hoīem: nec
amet vitiū p̄p̄t hoīem: ſ; oderit vitiū: amet
turę alias ternas inueniūtur efficere. Pro
varietate q̄ppe hūanaꝝ opinionū v̄tuti ali-
qn̄ ſubdūt̄: aliqn̄ ꝑferūt̄: aliqn̄ iūgūt̄: ac ſic
ad duodenariū ſectaꝝ numeꝝ ꝑueniť. Sȝ
iſte q̄ȝ numerus duplicat̄ adhibita vna dif
ferētia: ſocialis videlicet vitę: qm̄ q̄ſq̄s ſe-
ctat̄ aliquā iſtaꝝ duodecim ſectaꝝ: ꝑfecto
aut ꝓpter ſe tantū id agit: aut etiā ꝓpter ſo
ciū: cui debet hoc velle qd̄ ſibi. Quocirca
duodecim ſunt eoꝝ q̄ ꝓpter ſe tātūmō vnā-
quāq; tenendā putāt: et alię duodecim eo-
rū qui nō ſolū ꝓpter ſe ſi q̄d velint philoſo-
phandū eſſe decernūt: ſed etiā ꝓpter alios
quorū bonū appetūt ſic ſuū. Hę autē ſectę
xxiiij. iterum geminant̄ addita differētia ex
academicis nouis: ⁊ fiunt. xlviij. Illaꝝ q̄p
pe. xxiiij. vnāquāq; ſectaꝝ pōt quiſq; ſic te
nere ac defendere vt certā: quēadmodū de
fenderūt ſtoici q̄ hoīs bonū quo btūs eſſet
in animi tātūmō virtute ꝯſiſteret. Poſt eſt
alius vt incertā: ſicut defenderūt academi
ci noui: qd̄ eis etſi nō certū: tū veriſimile vi
debat̄. Viginti quattuor ergo fiunt ꝑ eos q̄
eas velut certas ꝓpt̄ veritatē: et alię. xxiiij.
per eos q̄ eaſdē velut incertas ꝓpter veri ſi
militudinē ſequēdas putāt. Rurſus: quia
vnāquāq; iſtarū. xlviij. ſectarū pōt q̄ſq; ſe-
q̄ habitu ceteroꝝ ph̄oꝝ. Itemq; pōt alius
habitu cynicorū: ex hac etiā differētia du-
plicant̄: et. xcvj. fiunt. Deinde q2 eaꝝ ſin-
gulas quaſq; ita tueri hoīes poſſūt atq; ſe-
ctari: vt aut ocioſam diligāt vitā: ſicut hi q̄
tantūmō ſtudijs doctrinę vacare voluerūt
atq; valuerūt: aut negocioſam: ſicut hi qui
cū philoſopharent̄ tū adminiſtratiōe rei-
publicę: regēdiſq; rebus humanis occupa
tiſſimi fuerūt: aut ex vtroq; genere tempera
tā: ſic hi q̄ partim erudito ocio: ꝑtim neceſ-
ſario negocio: alternātia vitę ſuę tp̄a tribue
runt. Propt̄ has differētias pōt etiā tripli
cari numerus iſte ſectaꝝ: et ad. cc. lxxxviij.
ꝑduci. Hęc de varronis libro quātū potui
breuit̄ ac dilucide poſui ſentētias ei⁹ meis
c explicās verbis. Quōmō aūt refutatis cę-
teris vnā eligat quā vult eſſe academicoꝝ

c Nō q̄ dic̄ a platone inſtitutos vſq; ad polemones. platoni aūt immediate ſucceſſit ſpeuſippus

academiā te nens ꝗ̄ mor⸗tuo ſucceſſit ʒenocrates. ʒenocrati au tem ſucceſſit polemo. vñ dicͣ hic. ꝗ̄ ab illo ſcꝫ plato ne quartus ſcholā tenu⸗it eius. pole⸗moni aūt ar⸗ceſilaus. qui noue acade⸗mie dicit au ctoꝛ fuiſſe.

veterū: quos a platone inſtitutos vſqꝫ ad polemonem: qui ab illo quartus eius ſcho lam tenuit que academia dicta ē habuiſſe certa dogmata vult videri: ⁊ ob hoc diſtin guit ab academicis nouis qb⁹ incerta ſunt oīa: qꝺ phie gen⁹ ab arceſilao cepit ſuc⸗ceſſoꝛe polemonis: eāqꝫ ſectā id eſt veterū academicoꝝ ſic dubitatiōe: ita oīm erroꝛe carere arbitreꝛ: longū eſt ꝑ oīa demōſtra re: nec tñ oīm ex pte res omittēda eſt. Re⸗mouet ergo prius illas oēs differētias: q̄ numerū mltiplicauere sectaꝝ: quas ideo re mouēdas putat: qꝛ nō in eis eſt finis boni. Neqꝫ eni exiſtimat vllā phie ſectā eſſe dicē dā: q̄ nō in eo diſtet a ceteris ꝙ diuerſos ha beat fines bonoꝝ ⁊ maloꝝ: qñ quidē nulla eſt hoī cauſa philoſophādi: niſi vt btūs ſit. Qꝺ aūt btm̄ facit ipſe eſt finis boni. Nulla eſt igit cauſa philoſophādi: niſi finis boni. Q̄obrē q̄ nullū boni finē ſectat: nlla phie ſecta dicēda eſt. Cum ḡ querit de ſociali vi ta: vtrū ſit tenenda ſapiēti vt ſummū bonū quo fit hō beatus ita velit ⁊ curet amici ſui quēadmodū ſuū: an ſue tm̄mō btitudinis cā faciat q̄cq̄d facit: nō de ipſo ſūmo bono q̄ſtio ē: ſꝫ de aſſumēdo vł nō aſſumēdo ſocio ad hui⁹ ꝑticipationē boni: nō ꝓpt̄ ſeipm̄ ſꝫ ꝓpter eūdē ſociū vt eius bono ita gaudeat: ſic gaudet ſuo. Itē cū q̄rit de academicis nouis quib⁹ incerta ſūt oīa: vtꝝ ita ſint res habende in qb⁹ philoſophādū eſt: an ſicut alijs phis placuit certas eas habere debea mus: nō querit q̄d in boni fine ſectādū ſit: ſꝫ de ipſius boni veritate qꝺ videt ſectādū: vtrū ſit nec ne dubitādū: hoc eſt: vt id pla⸗nius eloquar: vtꝝ ita ſectādū ſit: vt q̄ ſecta tur dicat eē veꝝ: an ita vt q̄ ſectat dicat veꝝ ſibi videri: etiā ſi forte ſit falſum: tñ vterqꝫ ſe ctet vnū atqꝫ idē bonū. In illa eni differē⸗tia q̄ adhibet ex habitu ⁊ ꝯſuetudine cyni⸗coꝝ: nō querit quiſnā ſit finis boni: ſꝫ vtrū in illo habitu ⁊ cōſuetudine ſit viuēdū ei q̄ verū ſectat bonū: quodlibꝫ ei verū videat eſſe atqꝫ ſectādū. Deniqꝫ fuerūt q̄ cū diuer ſa ſequerēt bona finalia: alij virtutē: alij vo luptatē: eūdē tñ habitū ⁊ ꝯſuetudinē tene⸗bant: ex quo cynici appellabant. Ita illud q̄cq̄d eſt vñ phi cynici diſcernūt a ceteris ad eligēdū ac tenēdū bonū quo bti fierēt: vtiqꝫ nl valebat. Nā ſi aliq̄d ad h̄ intereſſꝫ ꝓfecto idē habit⁹ eūdē finē ſequi cogeret: ⁊ diuerſus habit⁹ eūdē ſequi finē nō ſineret.

In tribus quoqꝫ illis vite ge⸗neribus⁹: vno ſcꝫ nō ſegniter ſꝫ in ꝯtēpla tione vel inquiſitiōe veritatis ocioſo: altero in gerēdis reb⁹ humanis negocioſo: tertio ex vtroqꝫ genere tēperato: cū querit q̄d ho rum ſit potius eligēdū: nō finis boni habet ꝯtrouerſiā: ſed q̄d hoꝝ triū difficultatē vel facilitatē afferat ad ꝯſequēdū vel retinen⸗dū finē boni: id in iſta queſtione verſat. Fi nis eni boni: cū ad eū quiſqꝫ ꝑuenerit: ꝓti⸗nus btm̄ facit. In ocio autē litterato vel in negocio publico vel qñ vtrūqꝫ vicib⁹ agit: non ꝯtinuo quiſqꝫ btūs eſt. Multi q̄ppe in quolibet hoꝝ triū pñt viuere: et in appetē⸗do boni finē quo fit hō btūs errare. Alia ē igit queſtio de finib⁹ bonoꝝ ⁊ maloꝝ: que vnamq̄mqꝫ phoꝝ ſectā facit: et alie ſunt que ſtiōes de ſociali vita: de cūctatiōe academi coꝝ: de veſtitu ⁊ victu cynicoꝝ: de trib⁹ vi te generib⁹ ocioſo: actuoſo: ex vtroqꝫ modi ficato: quoꝝ nulla eſt in qua de bonoꝝ et maloꝝ finib⁹ diſputat. Proinde qm̄ mar⸗cus varro has q̄ttuoꝛ adhibēs differētias id eſt ex vita ſociali: ex academicis nouis: ex cynicis: ex iſto vite genere tripartito: ad ſectas. cc. lxxxviij. ꝑuenit: et ſi que alie pñt ſimilit adijci: remotis eis oīb⁹ qm̄ de ſe⸗ctādo ſummo bono: nullā inferūt queſtio⸗nē: et ideo ſecte nec ſunt nec vocāde ſūt ad illas duodecim: in qb⁹ querit q̄d ſit bonuꝫ hoīs: quo aſſecuto fit btūs: vt ex eis vnā ve ram ceteras falſas oſtēdat eſſe reuertit. Nā remoto illo tripartito genere vite: due ꝑtes hui⁹ numeri detrahūt: et ſecte. xcvj. rema⸗nent. Remota vͦ differētia ex cynicis ad⸗dita: ad dimidiū redigūtur et. xlviij. fiunt. Auferamus etiaꝫ qꝺ ex academicis nouis adhibitū ē: rurſus dimidia pars remanet: id eſt. xxiiij. De ſociali quoqꝫ vita qꝺ ac⸗ceſſerat ſimilter auferat ⁊ duodecim ſunt re lique: quas iſta differentia vt. xxiiij. fierent duplicauerat. De his ergo duodecim nihil dici pōt: cur ſecte nō ſint habēde. Nihil q̄p pe aliud in eis querit q̄ꝫ finis bonoꝝ ⁊ ma⸗loꝝ. Inuētis aūt bonoꝝ finib⁹: ꝓfecto ecō trario ſunt maloꝝ. Hec aūt vt ita fiant duo decim ſecte: illa quattuoꝛ triplicātur volu⸗ptas: quies: vtrūqꝫ: et ꝑma nature: que pri migenia varro vocat. Hec q̄ppe q̄ttuoꝛ dū ſingulatim virtuti aliqñ ſubdūt vt nō ꝓpter ſeipſa ſꝫ ꝓpter officiū virtutis appetēda vi⸗deātur: aliquādo p̄ferunt vt nō ꝓpter ſeipā ſed ꝓpter hec adipiſcenda vel cōſeruanda neceſſaria virtus putetur: aliquādo iungū tur vt propter ſeipſa et virtus et iſta appe⸗tenda credantur: quaternarium numerum

Ca. II

triplum reddũt: ⁊ ad duodecim ſectas ꝑue
niũt. Ex illis aũt quattuor rebꝰ varro tres
tollit: voluptatẽ ſcꝫ ⁊ quietẽ: ⁊ vtrũq;: nõ ꝙ
eas improbet: ſꝫ ꝙ ꝑmigenia illa nature et
voluptatẽ in ſe habeãt ⁊ quietẽ. Quid er-
go opus eſt ex his duabus tria q̃dã facere:
duo ſcꝫ dum ſingilatim appetũt voluptas
aut quies: ⁊ tertiũ cum ambe ſimul: q̃ñ q̃dẽ
ꝑma nature: ⁊ ipſas ⁊ ꝑter ipſas alia multa
cõtineãt. De tribꝰ ergo ſectis ei placet dili
genter eſſe tractãdũ q̃ nã ſit potiꝰ eligẽda.
Non enĩ verã pluſq; vnã vera ratio eẽ per
mittit: ſiue in his tribus ſit ſiue alicubi alibi
qḋ poſt videbimꝰ. Interim de his tribꝰ quõ
vnã varro eligat quãtũ breuit̃ apteq; poſ-
ſumꝰ diſſeramꝰ. Iſte nẽpe tres ſecte ita fiũt
cũ vel ꝑma nature ꝓpter virtutẽ: vel virtuſ
ꝓpter ꝑma nature: vel vtraq; id ẽ ⁊ virtus
et ꝑma nature ꝓpter ſeipſa ſũt expetẽda.

Quid ergo iſtoꝝ triũ ſit verũ | C. I. III
atq; ſectandũ: iſto mõ ꝑſuadere co-
natur. Primũ q: ſũmũ bonũ in ꝑhia nõ ar
boris: nõ pecoris: nõ dei ſꝫ hoĩs querit̃: q̃d
ſit ipſe hõ querendũ putat. Sentit q̃ppe in
eiꝰ natura duo eſſe quedã: corpus ⁊ aĩam:
et hoꝝ quidẽ duũ melius eſſe aĩam: lõgeq;
ꝑſtabilius oĩno nõ dubitat. Sꝫ vtrũ aĩa
ſola ſit hõ: vt ita ſit ei corpus tanq̃ equus
equiti querẽdũ putat. Eques enĩ nõ hõ et
equus: ſꝫ ſolus hõ eſt: ideo tñ eques dicit̃
ꝙ aliq̃ mõ ſe habeat ad equũ. An corpus
ſolũ ſit hõ aliq̃ mõ ſe hñs ad aĩam ſicͭ pocu
lum ad potionẽ: non enĩ calix et potio quã
ꝯtinet calix ſimul dicit̃ poculũ ſꝫ calix ſoluſ:
ideo tñ ꝙ potioni cõtinẽde ſit accõmoda-
tus. An vͦ nec aĩa ſola: nec ſolũ corpus ſꝫ
ſimul vtrũq; ſit hõ: cuius pars ſit vna ſiue
aĩa ſiue corpus: ille aũt totus ex vtroq; cõ-
ſtet vt hõ ſit: ſicͭ duos equos iũctos bigas
vocamꝰ: quoꝝ ſiue dexter ſiue ſiniſter pars
ſit bigarũ: vnũ vero eoꝝ quoquo mõ ſe ha
beat ad alteꝝ bigas nõ dicimꝰ: ſed ambos
ſimul. Hoꝝ aũt triũ hoc eligit tertiũ: homi
nemq; nec aĩam ſolã: nec ſolũ corpus: ſed
aĩam ſimul ⁊ corpus eẽ arbitrat̃. Proinde
ſummũ bonũ hoĩs quo fit btũs: ex vtriuſq;
rei bonis conſtare dicit: et aĩe ſcꝫ ⁊ corꝑis.
Ac ꝑ hoc ꝑma illa nature ꝓpter ſeipſa exi-
ſtimat eẽ appetẽda: ipſamq; virtutẽ quã do
ctrina inſerit velut artẽ viuẽdi q̃ in aĩe bo-
nis eſt: excellẽtiſſimũ bonũ. Quapropt̃ ea
dem virtus id eſt ars agende vite cũ acce-
perit ꝑma nature que ſine illa erãt: ſꝫ tñ erãt
etiam qñ eis doctrina adhuc deerat: oĩa
ꝓpter ſeipſam appetit: ſimulq; etiã ſeipſam:
oĩbuſq; ſimul ⁊ ſeipſa vtit̃ eo fine vt om-
nibus delectet̃ atq; ꝑfruat̃: mag᷑ minuſq;:
vt queq; inter ſe maiora atq; minora ſunt:
tñ oĩbꝰ gaudẽs: ⁊ quedã minora ſi neceſ-
ſitas poſtulat: ꝓpter maiora vel adipiſcẽ-
da vel tenẽda ꝯtemnẽs. Omniũ aũt bono
rum vel animi vel corꝑis nihil ſibi virtus
oĩno ꝑponat. Hec enĩ bene vtit̃ ⁊ ſeipſa ⁊
ceteris que hoĩem faciũt btm̃ bonis. Ubi
vero ipſa nõ eſt: quãlibꝫ mlta ſint bona: nõ
bona eius ſũt cuiꝰ ſũt: ac ꝑ hoc nec eius iã
bona dicẽda ſunt: cũ male vtẽdi vtilia eſſe
nõ pñt. Hec ergo vita hoĩs que virtute et
aliis animi ⁊ corꝑis bonis ſine quibꝰ virtuſ
eſſe non põt fruit̃: btã eſſe dicit̃. Si vero et
aliis ſine quibꝰ eſſe virtus põt vel vllis vel
pluribꝰ: beatior. Si autẽ prorſus oĩbꝰ vt
nullũ oĩno bonũ deſit: vel animi vel cor-
poris: beatiſſima. Non enĩ hoc eſt vita qḋ
virtus: q̃m nõ oĩs vita: ſꝫ ſapiẽs vita vir
tus eſt: ⁊ tñ q̃liſcunq; vita ſine vlla virtute
põt eſſe: virtus vͦ ſine vlla vita nõ põt eẽ.
Hoc ⁊ de memoria dixerim atq; ratiõe: ⁊ ſi
q̃d aliud tale ẽ in hoĩe. Sũt enĩ hec ⁊ añ do
ctrinã: ſine his aũt nõ poteſt eſſe vlla doctri
na: ac ꝑ hoc nec virtus q̃ vtiq; diſcit̃. Be-
ne aũt currere: pulchrũ eſſe corꝑe viribꝰ in-
gentibꝰ ꝑualere: ⁊ cetera hmõi talia ſũt: vt
et virtus ſine his eſſe poſſit: ⁊ ipſa ſine vir-
tute bona ſunt: tñ ⁊ ſcḋm iſtos etiã ipſa ꝓpter
ſeipſam diligit̃ virtus: vtiturq; illis ⁊ fruit̃: ſi
cut virtutẽ decet. Hanc vitã btãm etiã ſo-
cialẽ ꝑhibẽt eẽ: q̃ amicoꝝ bona ꝓpter ſeipſa
diligat ſicͭ ſua: eiſq; ꝓpter ſeipſos hoc velit
qḋ ſibi: ſiue in domo ſint ſicͭ cõiunx ⁊ liberi
⁊ quicũq; domeſtici: ſiue in loco vbi domꝰ
eiꝰ eſt ſicuti eſt vrbs: vt ſunt hi q̃ ciues vo-
cant̃: ſiue in orbe toto: vt ſũt gẽtes q̃s ei ſo-
cietas humana cõiungit: ſiue in ipſo mũdo
q̃ cẽſet̃ noĩe celi ⁊ terre: ſicͭ eẽ dicũt deos q̃s
volũt amicos eſſe hoĩ ſapiẽti: quos nos fa-
miliarius angelos dicimꝰ. De bonoꝝ autẽ
et ꝯtrario maloꝝ finibꝰ negãt vllo mõ eẽ
dubitãdũ: ⁊ hãc inter ſe ⁊ nouos academi-
cos affirmãt eſſe diſtantiã: nec eoꝝ intereſt
quicq̃ ſiue cynico: ſiue alio quolibet habi-
tu et victu: in his finibus quos veros pu-
a tant qualit̃ quiſq; philoſophet̃. Ex tribus
porro illis vite generibꝰ: ocioſo: actuoſo: ⁊
quod ex vtroq; cõpoſitũ eſt: hoc tertiũ ſibi
placere aſſeuerãt. Hoc ſenſiſſe atq; docuiſ-
ſe academicos veteres varro aſſerit: au-
ctore antiocho magiſtro ciceronis et ſuo:

a Augꝰ ꝓſe
quẽs opinio
nẽ marci var
ronis dicͭ ꝙ
aſſerit varro
veteres aca-
demicos h̃ ſẽ
ſiſſe allegãs
ad h̃ quendã
noĩe antio-
chuꝫ q̃ ſuus
erat mgr̃ et
ciceroĩs quẽ
tñ cicero ma
gis videt̃ vel
le ſtoicuꝫ q̃
veterẽ acade
micũ. vñ in
li. q̃ ap̃ dñe
de academiĩſ
erat ꝑmꝰ. in-
ducit lucillũ
h̃ v̾ba dicẽ-
tẽ. Cũ hera-
ditũ ſtudio-
ſe audirẽ cõ-
tra antiochũ
differentẽ et
antiochũ cõ-
tra academi-
cos. dedi an-
tiocho ope-
rã diligentiꝰ
vt cauſaꝫ ex
eo totam co-
gnoſcerẽ. Et
li. j. de natu-
ra deoꝝ indu
cit cottaꝫ de
antiocho ſic
dicẽtẽ. Anti-
ocho ſtoici a
peripatetici
re continere
videt̃ verbis
diſcrepare.

quē ſane cicero in pluribus fuiſſe ſtoicū q̄3
veterē academicū vult videri. Sed q̄d ad
nos: q̄ potius de reb⁹ ipſis iudicare debe-
mus q̄3 ꝓ magno de hominib⁹ q̄d q̄ſq3 ſen-
ſerit ſcire.

Capi. IIII

SI ergo quę-
rat a nobis q̄d ciuitas dei de his ſin-
gulis interrogata reſpōdeat: ac p̄mū de fini
bus bonoꝝ malorūq3 q̄d ſentiat: reſpōde-
bit ęternā vitā eſſe ſummū bonū: ęternā vo
mortē ſummū malū: ꝓpter illā ꝓinde adipi
ſcēdā: iſtāq3 vitādā: recte nobis eſſe viuē-
Abac. 2 dum. Propter qȯ ſcriptū eſt. Juſtus ex fi-
de viuit. Q̄m neq3 bonū nr̄m iam videm⁹:
vn̄ oportet vt credēdo queram⁹: neq3 ip̄m
recte viuere nobis ex nobis eſt: niſi credē-
tes adiuuet ⁊ orātes q̄ ⁊ ipſam fidē dedit q̄
nos ab illo adiuuandos eſſe credam⁹. Jlli
aūt q̄ in iſta vita fines bonoꝝ et maloꝝ eſſe
putauerūt: ſiue in corpe ſiue in anima ſiue
in vtroq3 ponētes ſummū bonū: atq3 vt id
explicatius eloquar: ſiue in voluptate: ſiue
in virtute: ſiue in vtraq3: ſiue in quiete: ſiue
in virtute: ſiue in vtraq3: ſiue in voluptate
ſil̄ ⁊ quiete: ſiue in v̇tute: ſiue in vtriſq3: ſiue
in p̄mis naturę: ſiue in v̇tute: ſiue in vtriſq3:
hinc bt̄i eſſe: et a ſeipſis bt̄i fieri mira vani-
tate volueſt. Jrriſit hos veritas ꝑ ꝓphetā
Ps. 95 dicentē. Nouit dn̄s cogitatiōes hoim: q̄m
vanę ſūt. Uel ſic h̄ teſtimoniū poſuit apl̄s
j. Cor. 3 paulus: dn̄s nouit cogitatōes ſapiētū: q̄m
vanę ſunt. Quis eni ſufficit quātouis elo-
quētię flumine vitę hui⁹ miſerias explicare?
Quam lamētat⁹ eſt cicero in cōſolatiōe de
morte filię ſic potuit. S3 quātū eſt qȯ potu
it? Ea q̄ppe quę dicūt p̄ma naturę: q̄n: vbi:
quō: tam bene ſe habere in hac vita p̄nt: vt
non ſub incertis caſib⁹ fluctuēt? Quis eni
dolor ꝯtrarius voluptati: q̄ inquietudo cō-
traria quieti: in corpus cadere ſapiētis nō
pōt? Membroꝝ certe amputatio vel mem
broꝝ debilitas: hoīs expugnat incolumita-
tem: deformitas pulchritudinē: inbecillitas
ſanitatē: vires laſſitudo: mobilitatē torpor
aut tarditas. Et q̄d hoꝝ eſt: qȯ nequeat in
carnē ſapiētis irruere? Status quoq3 corpis
atq3 mot⁹ cū decētes atq3 ꝯgruētes ſunt: in-
ter naturę p̄ma numerāt. S3 q̄d ſi aliq̄ ma-
la valitudo mēbra tremore ꝯcutiat? Quid
ſi vſq3 ad ponēdas in terrā man⁹ dorſi ſpi-
na curuet et hoiem quodāmō quadrupe-
dem faciat? Nōne omnē ſtatuēdi corpis et
mouēdi ſpeciē decuſq3 ꝑuertet? Quid ipſius
animi primigenia quę appellant bona: vbi
duo p̄ma ponūt ꝓpter cōprehēſionē perce
ptionēq3 veritatis ſenſum ⁊ intellectū? S3
q̄lis quantuſcūq3 ſenſus remanet: vt ſi alia
taceā fiat hō ſurdus ⁊ cęcus? Ratio vero ⁊
intelligentia quo recedat: vbi ſopit: ſi aliq̄
morbo efficiat inſanus? Phrenetici multa
abſurda cū dicūt vel faciūt plerūq3 a bono
ſuo ꝓpoſito et morib⁹ aliena imo ſuo bono
ꝓpoſito moribuſq3 cōtraria: ſiue illa cogite
mus: ſiue illa videamus: ſi digne conſide-
remus: lachrymas tenere vix poſſum⁹: aut
forte nec poſſum⁹. Quid dicā de his q̄ de-
monū patiunt incurſus? Ubi habēt abſcō
ditā vel obrutā intelligētiā ſuā q̄n ſ̄m ſuā
volūtatē ⁊ aīa eoꝝ et corpe malign⁹ vtitur
ſp̄us? Et q̄s confidit hoc malū in hac vita
euenire nō poſſe ſapiēti? Deinde ꝑceptio
veritatis in hac carne q̄lis aut quāta eſt: q̄n
ſicut legim⁹ in veraci libro ſapiētię: corpus Sap. 9
corruptibile aggrauat aīam: ⁊ deprimit ter
rena inhabitatio ſenſum multa cogitātem?
Jmpetus porro vel actiōis appetit⁹ ſi hoc
mō recte latine appellāt eā quā gręci vocāt
hormen: q2 ⁊ ipſam p̄mis naturę deputant
bonis: nōne ipe eſt quo gerūt etiā inſanoꝝ
illi miſerabiles mot⁹: ⁊ facta q̄ horrem⁹ q̄n
ꝑuertit ſenſus: rōq3 ſopit? Porro ipſa vir-
tus q̄ nō eſt int̄ p̄ma naturę q̄m eis poſtea
doctrina introducēte ſupuenit: cū ſibi bo-
noꝝ culmē vendicet humanoꝝ: q̄d hic agit
niſi ꝑpetua bella cū vitijs: nec exteriorib⁹:
ſed interiorib⁹: nec alienis: ſ3 plane nr̄is et
ꝓprijs: maxime illa q̄ gręce ſophroſine: lati
ne tēperātia noiat: q̄ carnales frenant libi-
dines: ne in queq3 flagicia mētē ꝯſentientē
trahāt? Neq3 eni nullū eſt vitiū: cū ſic dicit
apl̄s: caro ꝯcupiſcit aduerſus ſp̄m: cui vi- Gal. 5
tio ꝯtraria virtus ē: ſic idē dic: ſp̄us ꝯcupi-
ſcit aduerſus carnē. Hęc eni inq̄t ſibi inui-
cē aduerſant: vt ñ ea q̄ vult faciat. Quid
aūt facere volum⁹ cū ꝑfici volum⁹ finē ſūmi
boni: niſi vt caro aduerſus ſp̄m nō ꝯcupi-
ſcat: nec ſit in nobis hoc vitiū ꝯtra qȯ ſp̄us
ꝯcupiſcat? Quod in hac vita q̄uis velim⁹
q̄m facere nō valem⁹: id ſaltē in adiutorio
dei faciam⁹: ne carni cōcupiſcēti aduerſus
ſp̄m: ſp̄ū ſuccūbēte cedam⁹: et ad ꝑpetrā-
dum pctm̄ nr̄a cōſenſione ꝑtrahamur. Ab
ſit ergo quādiu in hoc bello inteſtino ſu-
mus: iā nos beatitudinē ad quā vincendo
volum⁹ ꝑuenire: adeptos eſſe credam⁹. Et
q̄s eſt vſq3 adeo ſapiēs vt cōtra libidines
nullū habeat omnino cōflictum? Quid illa
v̇tus q̄ prudētia dr̄: nōne tota vigilātia ſua
bona diſcernit a malis: vt in illis appetēdis

iſtiſqꝫ vitandis error nullus obrepat? Ac
ꝑ hoc et ipſa nos in malis: vel mala in no-
bis eſſe teſtat̃. Ipſa eni͂ docet nos malū ēē
ad peccādū ꝯſentire: bonūqꝫ ēē ad peccā-
dū nō cōſentire libidini. Illud tn̄ malū cui
nos nō ꝯſentire prudētia docet: facit tem-
perantia. Nec prudētia nec tēperātia oīno
vel imprudentiā vel intēperātiā tollit huic
vite. Quid iuſticia: cuiꝰ munus ē ſua cuiqꝫ
tribuere? Unde fit in ipſo hoīe q̇dā iuſtus
ordo nature: vt aīa ſubdat̃ deo: ⁊ aīe caro:
ac ꝑ hoc deo ⁊ aīa ⁊ caro. Nōne demōſtrat
in eo ſe adhuc opē laborare potiꝰ: q̄ꝫ in hu-
ius operis iā fine requieſcere? Tanto qͥppe
minus aīa ſubdit̃ deo: quanto minꝰ deū in
ipſis ſuis cogitatiōibꝰ ꝯcipit: ⁊ tāto minus
aīe ſubdit̃ caro: quāto magis aduerſus ſpi
ritum ꝯcupiſcit. Quādiu ergo nobis ineſt
hec infirmitas: hec peſtis: hic lāguor: quō
nos iā ſaluos: etſi nōdū ſaluos: quō iā bea
tos illa finali beatitudīe dicere audebimꝰ?
Iam vero illa virtus cuiꝰ eſt nomē fortitu-
do in quātacunqꝫ ſapiētia euidētiſſima te-
ſtis eſt humanoꝝ maloꝝ q̄ cōpellit̃ patiē-
tia tolerare. Que mala ſtoici phi miror q̄
fronte mala nō eſſe ꝯtēdāt: q̇bus fatēt̃ ſi tā-
ta fuerint vt ea ſapiēs vel nō poſſit: vel nō
debeat ſuſtinere: cogi eū mortē ſibimet in-
ferre: atqꝫ ex hac vita emigrare. Tātus au
tē ſupbie ſtupor eſt in his hominibꝰ hic ſe
habere finē boni et a ſeipſis fieri btōs putā
tibus vt ſapiēs eoꝝ hoc eſt qualē mirabili
vanitate deſcribūt: etiam ſi cecet̃ obſurde-
ſcat: obmuteſcat: mēbris debilitet̃: dolori-
bus crucietur: et ſi quid aliud taliū maloꝝ di
ci aut cogitari pōt incidat in eum: quo ſibi
mortē cogat̃ inferre: hāc in his malis vitā
ꝯſtitutā eos n̄ pudeat btām vocare. O btā
vita: q̄ vt finiat̃ mortis querit auxiliū. Si
btā eſt: maneat̃ in ea. Si vō ꝓpter iſta ma-
la fugit̃ ab ea quō eſt btā: aut quō iſta non
ſunt mala q̄ vincūt fortitudinis bonū: ean-
demqꝫ fortitudinē nō ſolū ſibi cedere: verū
etiā delyrare cōpellūt: vt ⁊ eādē vitā dicāt
beatā: ⁊ ꝑſuadeāt eſſe fugiēdā? Quis vſqꝫ
adeo cecus eſt vt non videat ꝙ ſi btā eſſet
fugiēda nō eſſet: ſꝫ ſi ꝓpter infirmitatis pō-
dus qua p̄mit̃ hāc fugiēdā fatēt̃. Quid igi
tur cauſe eſt: cur nō etiā miſerā fracta ſup-
bie ceruice fateant̃? Utrū obſecro cato ille
patiētia: an potiꝰ impatiētia ſe peremit? Non
eni͂ hoc feciſſꝫ: niſi victoriā ceſaris impatiē-
ter tuliſſꝫ. Ubi eſt fortitudo? Nempe ceſſit:
nēpe ſuccubuit: nēpe vſqꝫ adeo ſupata eſt:

Hic fit mē-
tio de cato
ne q̄ ſeipm̄
interfecit
apō vticā.
zelabat.n.

vt vitā beatā derelinqueret: deſereret: ac fu-
geret. An nō erat iam beata? Miſera ergo
erat. Quō igit̃ mala nō erāt: q̄ vitā miſerā
fugiendāqꝫ faciebāt? Quaꝓpt̃ etiā ipſi q̄
mala iſta ēē cōfeſſi ſūt ſicut peripatetici: ſic
veteres academici: quorū ſectā varro de-
fendit: tolerabilius quidē loquūt̃: ſꝫ eoꝝ q̄ꝫ
mirus ē error ꝙ in his malis: etſi tā grauia
ſint vt morte fugiēda ſint ab ipſo ſibimet il-
lata q̄ h̄ patit̃ vitā beatā tn̄ ēē ꝯtēdūt. Ma
la ſunt inquit tormēta atqꝫ cruciatꝰ corpis:
et tāto ſunt peiora: quāto potuerunt ēē ma
iora: q̇bꝰ vt careas ex hac vita fugiēdū eſt.
Qua vita obſecro? Hac inquit q̄ tātis ag-
grauat̃ malis. Certe ergo beata eſt in eiſdē
ipſis malis: ꝓpter q̄ dicis eſſe fugiendā: an
ideo beatā dicis: q2 licet tibi ab his malis
morte diſcedere? Quid ſi g̃ in eis aliquo iu
dicio diuino tenereris: nec ꝑmittereris mo
ri: nec vnqꝫ ſine illis eſſe ſinereris? Nempe
tūc ſaltē miſerā talē diceres vitā. Non igit̃
ꝓpterea miſera nō eſt: q2 cito relinquet̃: qn̄
q̇dē ſi ſempiterna ſit: etiā abs teipſo miſera
iudicabit̃. Non itaqꝫ ꝓpterea qm̄ breuis ē
nulla miſeira debet videri: aut qd̄ eſt abſur
dius q2 breuis miſeria eſt: ideo etiā beatitu
do appellari. Magna vis eſt in eis malis q̄
cogūt hoīem ſm̄ ipſos etiā ſapiētē ſibimet
auferre qd̄ hō eſt: cum dicāt: et verū dicāt:
hanc eſſe nature p̄mā quodāmō ⁊ maximā
virtutē. vt hō cōciliet̃ deo: ⁊ ꝓpterea mor-
tem naturalit̃ fugiat: ita ſibi amicus vt eſſe
ſe animal: et in hac cōiunctiōe corpis atqꝫ
anime viuere velit vehementerqꝫ appetat.
Magna vis eſt in eis malis quibꝰ iſte natu
re vincit̃ ſenſus: quo mors oīmō omībꝰ
viribꝰ conatibuſqꝫ vitatur: et ita vincit̃: vt
q̄ vitabat̃ optet̃: appetat̃: etſi n̄ potuerit ali-
unde ꝯtingere: ab ipō hoīe ſibimet inferat̃.
Magna eſt vis in eis malis que fortitudi-
ne faciūt homicidā: ſi tn̄ adhuc dicēda eſt
fortitudo: q̄ ita his malis vincit̃: vt hoīem
quē ſicut virtus regēdū tuēdūqꝫ ſuſcepit: n̄
mō nō poſſit ꝑ patiētiā cuſtodire: ſed ipſa
inſup cogat̃ occidere. Debet q̇dē etiā mor-
tem ſapiēs ferre patiēter: ſꝫ q̄ accidit aliū-
de. Scdm̄ iſtos aūt ſi eā ſibiipſe inferre cō-
pellit̃: ꝑfecto fatēdū eſt eis nō ſolū mala: ſꝫ
intolerabilia etiā mala eſſe q̄ hoc eū ꝑpetra
re cōpellūt. Uita igit̃ que iſtoꝝ tā magnoꝝ
tam grauiūqꝫ malorū: aut p̄mit̃ oneribus:
aut ſubiacet caſibꝰ: nullo mō btā diceret̃: ſi
hoīes q̄ h̄ dicūt ſic victi malis ingraueſcēti
bꝰ: cū ſibi ingerūt mortē: cedūt infelicitati:

partes pom
peij cōtra iu
liū ceſareꝫ q̄
victo pōpe-
io et occiſo.
romā ingreſ-
ſus dictator
et ꝯſul appel-
latꝰ eſt. dein
de in africaꝫ
tranſiēs quo
cato fugerat
omes pom-
peij duces
debellauit ⁊
nepotes. qui
bus auditis
cato apō vti-
cam ciuitatē
africe exiſtēs
interfecit ſe-
ipſum.

ita victi certis rōnib⁹: cū querūt beatā vitā dignarent̄ cedere veritati: ⁊ nō sibi putarēt in ista mortalitate fine sūmi esse boni gaudendū: vbi virtutes ipse qb⁹ hic certe nihil melius atq̃ vtilius in hoīe reperit̄: quanto maiora sunt adiutoria contra vim squalorū: laborꝝ: dolorꝝ: tāto fideliora testimonia miseriarꝝ. Si enim vere virtutes sunt: q̄ nisi in eis qb⁹ vera inest pietas esse nō possunt: nō se ꝓfitent̄ hoc posse vt nullas miserias patiāt̄ hoīes in qb⁹ sunt. Neq̃ eni mendaces sunt vere virtutes vt hoc ꝓfiteāt̄: sꝫ vt vita humana q̄ tot ⁊ tātis hui⁹ sc̄li malis eē cogit̄ misera: spe futuri sc̄li sit btā: sicut ⁊ salua. Quō eni btā est: q̄ nōdū salua est? Vñ et aplus paulus: nō de hominib⁹ imprudētib⁹: inpatiētib⁹: intēperātib⁹ ⁊ iniqs: sꝫ de his q̄ ḃm verā pietatē viuerēt: ⁊ ideo virtu-
Roma. 8 tes quas habent veras haberent: ait. Spe eni salui facti sum⁹. Spes aūt q̄ videt̄ nō ē spes. Qō eni quis videt qd sperat? Si aūt qō nō videm⁹ speram⁹: per patiētiā expectam⁹. Sicut ergo spe salui: ita spe beati facti sum⁹: ⁊ sic salutē: ita beatitudinē nō iā tenem⁹ p̄sentē: ſꝫ expectam⁹ futurā: ⁊ hoc per patiētiā: q: in malis sum⁹: que patiēter tolerare debem⁹: donec ad illa veniam⁹ bona: vbi oīa erunt quib⁹ ineffabiliter delectemur: nihil erit aūt qō iā tolerare debeam⁹. Talis salus que in futuro erit sc̄lo: ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quā beatitudinē isti phi qñ nō videtes nolūt credere: hic sibi conant̄ falsissimā fabricare: quāto superbiore: tāto mēdaciore virtute.

Capi. V

Quod aūt socialē vitā volūt esse sapiētes: nos multo amplius approbam⁹. Nam vnde ista dei ciuitas de qua hui⁹ operis ecce iā vnde nonūdecimū librū versamus in manibus: vel inchoaret̄ exortu vel progrederet̄ excursu vel apphenderet debitos fines: si non esset socialis vita sctōꝝ. Sꝫ in hui⁹ mortalitatis erūna: quot ⁊ quātis abūdet malis societas humana: qs enumerare valeāt? qs existimare sufficiat? Audiant apud comicos suos: hoīem cū sensu
Terētius in adelphis. atq̃ ꝯsensu oīum hoīm dicere. Duxi vxorem: quā ibi miseriā vidi: nati filij: alia cu-
Terētius in eunucho. ra. Quid indē illa q̄ in amore vitia cōmemorat idē terētius. Iniurie: suspitiōes: inimicitie: bellū: pax rursus? Nōne res humanas vbiq̃ impleuerūt? Nōne hec ⁊ in amicorum honestis amorib⁹ plerūq̃ ꝯtingūt? Nōne his vsq̃quaq̃ plene sunt res humane: vbi iniurias: suspitiōes: inimicitias: bellum: mala certa sentim⁹: pacē vero incertū bonū: qm̄ corda coꝝ cū qb⁹ eā tenere volumus ignoram⁹: etsi nosse hodie possemus: q̄lia cras futura eēnt vtiq̃ nescirem⁹? Qui porro inter se amicitiores solēt esse vel debēt: q̄ qui vna etiā cōtinet̄ domo? Et tñ qs inde securus ē: cū tāta sepe mala ex eoꝝ occult̄ insidijs extiterint: tāto amariora quāto pax dulcior fuit: que vera putata est: cū astutissime fingeret̄? Propter qō oīum pectora sic attingit vt cogat in gemitū: qō ait tullius. Nulle sunt occultiores insidie: q̄ Tullius in lib. de amicitia.
he q̄ latēt in simulatōe officij: aut in aliquo necessitudinis noīe. Nā eū qui palā est aduersarius facile cauēdo vitare possis. Hoc vero occultū intestinū ac domesticū malū nō solū extitit: verꝝ etiā opprimit añq̄ ꝓspicere atq̃ explorare potueris. Propter qō etiā diuina vox illa: ⁊ inimici hoīs domesti- Michee. 7
ci ei⁹: cū magno dolore cordis audit̄: q: ⁊ si qsq̃ tā fortis sit: vt equo animo pferat: vel tā vigilās vt ꝓuido ꝯsilio caueat: q̄ aduersus eū molit̄ amicitia simlata: eoꝝ tñ hoīm pfidoꝝ mala cū eos eē pessimos experit̄: si ipse bon⁹ est grauit̄ excrucietur nc̄ce ē: siue semper mali fuerint: ⁊ se bonos finxerit: siue in istā maliciā ex bonitate mutati sint. Si ḡ dom⁹ cōmune ꝑfugiū in his malis humani generis tuta nō est: qd ciuitas q̄ quāto maior ē tāto forū eius litib⁹ ciuilibus ⁊ criminalib⁹ plenū: etiā si quiescāt nō solū turbulēte: verū etiā sepius ⁊ cruēte seditiōes ac bella ciuilia: a quoꝝ euētib⁹ sunt aliqñ libere ciuitates: a periculis nunq̄.

Ca. VI

Quid ipsa iudicia hoīm de hominib⁹ q̄ ciuitatib⁹ etiā quātalibet pace manētib⁹ deesse nō possunt: q̄lia putam⁹ esse: q̄ misera: q̄ dolēda: qñ qdē hi iudicāt q̄ ꝯsciētias eoꝝ de qb⁹ iudicāt cernere nequeūt? Vñ sepe cogūt̄ tormētꝯ innocētū testiū ad alienā causā ptinētē querere veritatē. Quid cū in sua causa quisq̃ torquet̄: et cū querit̄ vtrū sit nocēs cruciat̄: et innocēs luit ꝓ incerto scelere certissimas penas: nō q: illud cōmisisse detegit̄: sꝫ q: nō cōmisisse nescit̄. Ac ꝑ hoc ignorantia iudicis plerūq̃ est calamitas innocētis. Sꝫ qō ē intolerabilius: magisq̃ plāgēdū rigādūq̃ si fieri posset fontibus lachrymarū: cum ꝓpterea iudex torqueat accusatū: ne occidat nesciēs inocētē fit ꝑ ignorātie miseriā: vt et tortū ⁊ inocētē occidat: quē ne inocētē occideret torserat. Si eni ḃm istoꝝ sapientiā delegerit ex hac vita fugere quā diuti⁹ illa sustinere torm-

ta: q̄ non cõmiſit: cõmiſiſſe ſe dicit. Quo
dãnato et occiſo: vtrũ nocētē aut innocētē
iudex occiderit adhuc neſcit: quē ne inno-
cētem neſciens occideret: torſit: ac per hoc
innocentē et vt ſciret torſit: et dum neſciret
occidit. In his tenebris vite ſocialis: ſede-
bit iudex ille ſapiens: an non audebit? Se-
debit ille plane. Conſtringit enim eum: et
ad hoc officium pertrahit humana ſocie-
tas: quã deſerere nefas ducit. Hoc enĩ ne-
fas eē nõ ducit: q̄ teſtes innocētes in cau-
ſis torquētur alienis: q̄ hi q̃ arguũt vi do-
loris plerũq; ſupati et de ſe falſa ꝯfeſſi etiã
puniunt innocētes: cũ iã torti fuerint inno
cētes. Q̄ etſi nõ morte puniãt: in ipſis vel
ex ipſis tormētĩ plerũq; moriũt. Q̄ aliqñ
et ipſi q̃ arguũt: hũane ſocietati fortaſſe ne
crimina impunita ſint ꝓdeſſe cupiētes: et
mētiētib' teſtib' reoq; ipſo ꝯtra tormēta du
rãte imaniter nec fatēte: ꝓbare q̄ obijciũt
nõ valētes q̄uis vera obiecerint: a iudice
neſciēte damnãt. Hec tot ⁊ tãta mala nõ de
putat eſſe pctã. Nõ enĩ hec facit ſapiēs iu-
dex nocēdi volũtate ſ; neceſſitate neſciēdi:
et tñ q̄ cogit humana ſocietas: neceſſitate
etiã iudicãdi. Hec eſt ergo quã dicim' mi-
ſeria certe hoīs: etſi nõ malicia ſapiētĩ. An
ṽo neceſſitate neſciēdi atq; iudicandi tor-
queat inſontes: punit inſontes: ⁊ par ē illi
q̄ nõ eſt reus: ſi nõ ſit inſup ⁊ btũs? Quã-
to ꝯſideratius ⁊ hoīe dign' ⁊ hoīem agno
ſcit in iſta neceſſitate eãq; miſeriã in ſe odit
Ps.24 et ſi pie ſapit: clamat ad deũ. De neceſſita-
tibus meis erue me domine. Ca. VII

POſt ciuitatē vel vrbē ſequit orbis ter
re: in quo tertiũ gradũ ponũt ſocieta
tis hũane: incipiētes a domo atq; inde ad
vrbē: deĩ ad orbē terre ꝓgrediēdo veniē-
tes. Qui vtiq; ſicut aquaꝝ cõgeries: quanto
maior eſt: tanto periculis plenior. In quo
p̃mũ linguaꝝ diuerſitas: hoīem alienat ab
hoīe. Nã ſi duo ſibimet inuicē fiant obuiã:
neq; p̄terire ſ; ſimul eē aliq̃ neceſſitate cogã
tur: quoꝝ neuter nouit linguã alterius: faci
lius ſibi aīalia muta etiã diuerſi generis: q̄
illi cũ ſint hoīes ambo ſociãt. Qñ enĩ que
ſentiũt inter ſe cõmunicare nõ pñt ꝓpter ſo
lam linguaꝝ diuerſitatē: nihil ꝓdeſt ad ꝯſo
ciãdos hoīes tãta ſimilitudo nature: ita vt
libētius hõ ſit cũ cane ſuo q̄ cũ hoīe alie-
no. At enĩ opa data eſt vt imperioſa ciui-
tas non ſolũ iugũ: verũ etiã linguã ſuã do-
mitis gētibus p pacē ſocietatis imponeret:
p quã non deeſſet: imo ⁊ abũdaret etiã in-
terptatũ copia. Verũ eſt. Sz hoc q̄ multis
et q̄ grãdib' bellis quãta ſtrage hoīm: quã
ta effuſione hũani ſanguinis cõparatũ eſt:
quib' trãſactis nõ eſt tñ eoꝝdē maloꝝ fini-
ta miſeria. Quis enĩ nõ defuerint neq; ho
ſtes deſint et extere natiões ꝯtra quas ſem
per bella geſta ſunt ⁊ gerunt: tñ etiã ipſa im
perij latitudo peperit peioris generis bella
ſocialia ſcz atq; ciuilia quib' miſerabilius
quatit gen' humanũ: ſiue cũ belligerat vt
aliqñ cõquieſcãt: ſiue cum timet ne rurſus
exurgãt. Quoꝝ maloꝝ multas ⁊ multipli-
ces clades duras ⁊ diras neceſſitates: ſi vt
dignũ eſt eloqui velim: quãq; nequaq; ſi-
cut res poſtulat poſſim: q̃s erit prolixe diſ-
putatõis modus? Sz ſapiēs inquiũt iuſta
bella geſturus eſt. Quaſi nõ ſi ſe hoīem me
minit: multomagis dolebit iuſtoꝝ neceſſita
tes ſibi extitiſſe belloꝝ: q̄ niſi iuſta eſſent: ei
gerēda nõ eſſent: ac p hoc ſapiēti nulla bel
la eēnt. Iniq̃tas enĩ ptĩ aduerſe iuſta bella
ingerit gerenda ſapiēti. Que iniq̃tas vtiq;
hoī eſt dolēda: q̄ hoīum eſt: ⁊ ſi nulla ex ea
bellãdi neceſſitas naſceret. Hec itaq; ma-
la tã magna: tã horrēda: tã ſeua: q̃ſquis cũ
dolore cõſiderat: miſeriã neceſſe eſt fateat.
Quiſq̃s aũt vel patit ea ſine animi dolore
vel cogitat: mlto vtiq; miſerius: ideo ſe pu
tat btũm: q̄ ⁊ humanũ perdidit ſenſum.

S Ia aũt nõ cõtingat quedã Ca. VIII
ignorãtia ſimilis demētie: q̃ tñ in hu-
ius vite miſera cõditiõe ſepe ꝯtingit: vt cre
dat vel amicus eſſe q̃ inimicus eſt: vel ini-
micus q̃ amicus eſt: q̃d nos cõſolat in hac
humana ſocietate errorib' erũniſq; pleniſſi
ma: niſi fides nõ ficta ⁊ mutua dilectio ve-
roꝝ bonorũq; amicoꝝ: quos quãto plu-
res et in locis plurib' habem': tãto lõgius
latiuſq; metuim': ne q̃d eis ꝯtingat mali de
tãtis maloꝝ aggerib' huī' ſcli. Non enĩ tã-
tummõ ſolliciti ſum': ne fame: ne bellis: ne
morbis: ne captiuitatib' affligãt: ne in ea-
dē ſuitute talia patiãtur: q̄lia nec cogitare
ſufficim': verũ etiã vbi timor eſt mlto ama-
rior ne in pfidiã: maliciã: nequiciãq; mutē-
tur. Et qñ iſta ꝯtingũt: tãto vtiq; plura quã
to illi ſunt plures: ⁊ in plurib' locis ⁊ in no-
ſtrã noticiã ꝓferũt: q̃b' cor nrm flagris vra
tur: q̃s pt niſi q̃ talia ſentit aduertere? Mor
tuos q̃ppe audire mallem': q̄uis et hoc ſi-
ne dolore non poſſemus audire. Quorum
enĩ nos vita ꝓpter amicitie ſpecialis ſola-
cia delectabat: vnde fieri poteſt vt eorum
mors nullam nobis ingerat meſtitudinē?

Quã qui ꝓhibet: ꝓhibeat ſi põt amica colloquia: interdicat amicabilẽ ſocietatẽ: vel intercidat affectũ oĩm humanaꝝ neceſſitudinum: vincula mẽtis inuitis: inuiti ſtupore dirũpat: aut ſi eis vtẽdũ ceſſeat: vt nulla ex eis animũ dulcedo pfundat. Quod ſi fieri nllõ mõ pt: etiã h quo pacto futuꝝ ẽ: vt ei⁹ nob amara mors nõ ſit cui⁹ dulcis eſt vita? Hinc eſt eni ꝛ luctus q̇dã in humano corde quaſi vulnus aut vlcus: cui ſanãdo adhibenẽ officioſe cõſolatiões. Non eni ꝓpterea nõ eſt qđ ſaneẽ: qm̃ quãto eſt anim⁹ melior: tãto in eo citius faciliuſq; ſanaẽ. Cum igiẽ etiaʒ de cariſſimoꝝ mortibus: maxime quorũ ſunt humanę ſocietati officia neceſſaria: nũc mitius: nũc aſperius affligaẽ vita mortaliũ: mortuos tñ eos quos diligim⁹ q̇uis a fide vel a bonis moribus lapſos: hoc eſt in ipa aĩa mortuos: audire ſeu viderem mallem⁹. Qua ingẽti materia maloꝝ plena ẽ terra: ꝓpter qđ ſcriptũ eſt. Nunq̇d nõ

Job.7 tẽptatio eſt vita humana ſup terrã? Et ꝓpẽ

Matth.j8 qđ ipſe dñs ait. Ue mũdo ab ſcãdalis. Et

Matth.24 iterũ. Qm̃ abũdauit inquit iniq̇tas: refrigeſcet caritas multoꝝ. Ex quo fit vt bonis amicis mortuis gratulemur: ꝛ tñ mors eorũ nos cõtriſtet: ipſa nos certius conſoleẽ: quãtum malis caruerũt quib⁹ in hac vita etiã boni hoĩes vel cõteruntẽ vel deprauãẽ: vel in vtroq; periclitanẽ. Ca.IX

In ſocietate vero ſctõꝝ angeloꝝ quã phi illi qui nobis deos amicos eſſe voluerunt quarto ↄſtituerũt loco velut ad mundũ venientes ab orbe terrarũ: vt ſic quodãmõ cõplecterẽ ꝛ cęlũ: nullo mõ quidẽ metuim⁹: ne tales amici vel morte nos ſua vel deprauatiõe cõtriſtent. Sʒ qꝛ nobis nõ ea qua hoĩes familiaritate miſcenẽ: qđ etiã

2.Cor.jj ipm ad erũnas hui⁹ ꝑtinet vitę: ꝛ aliqñ ſathanas ſicut legim⁹ trãſfigurat ſe in angelũ lucis ad temptãdũ eos quos ita vel erudiri opus eſt vel decipi iuſtuʒ eſt: magna dei miſericordia neceſſaria eſt: ne quiſq̃ cũ bonos angelos amicos ſe habere putat: habeat malos demones amicos fictos: eoſq; tanto nocẽtiores: quãto aſtutiores ac fallaciores patiaẽ inimicos. Et cui magna iſta dei miſericordia neceſſaria eſt: niſi magnę humanę miſerię: quę ignorãtia tanta pmiẽtur: vt facile iſtoꝝ ſimulatõe fallaẽ? Et illos quidẽ phos in impia ciuitate: qui deos ſibi amicos eſſe dixerũt: in demones malignos incidiſſe certiſſimũ eſt: quib⁹ tota ipa ciuitas ſubdiẽ: ęternũ cũ eis habitura ſupplicium.

pliciũ. Ex eoꝝ quippe ſacris vel potius ſacrilegijs quib⁹ eos colẽdos: et ex ludis immũdiſſimis: vbi eoꝝ crimina celebrãẽ: quibus eos placandos putauerũt: eiſdẽ ipſis auctoribus et exactorib⁹ talium tantoꝝq; dedecoꝝ: ſatis ab eis qui colãẽ apertũ eſt.

Sed neq; ſancti ꝛ fideles vni⁹ Ca.X veri dei ſũmiq; cultores: ab eoꝝ fallacijs ꝛ multiformi temptatiõe ſecuri ſunt. In hoc eni loco infirmitatis ꝛ dieb⁹ malignis: etiaʒ iſta ſollicitudo nõ eſt inutilis: vt illa ſecuritas vbi pax pleniſſima atq; certiſſima ẽ: deſiderio feruẽtiore quęraẽ. Ibi eni erũt naturę munera: hoc eſt quę naturę noſtrę ab oĩm naturaꝝ creatore donanẽ: non ſolũ bona: verũ etiã ſempiterna: nõ ſolũ in animo qui ſanabiẽ ꝑ ſapientiã: verũ etiã in corpe qđ reſurrectiõe renouabiẽ. Ibi virtutes nõ cõtra vlla vitia vel mala quęcũq; certãtes: ſed habẽtes victorię pmiũ ęternã pacem: quã nullus aduerſarius inquietet. Ipſa eſt eni beatitudo finalis: ipa pfectionis finis: qui ↄſumentẽ nõ habet finẽ. Hic aũt dicimur beati: quãdo pacem habem⁹: quãtulacũq; hic haberi põt in vita bona. Sed hęc beatitudo illi quam finalẽ dicim⁹ beatudini cõparata: ꝓrſus miſeria reperitur. Hanc ergo pacẽ qualis hic poteſt eſſe mortales hoĩes in rebus mortalib⁹ qñ habem⁹ ſi recte viuim⁹ bonis ei⁹ recte vtiẽ virtus: qñ vero eã nõ habem⁹: etiã malis quę homo patiẽ bene vtiẽ virtus. Sʒ tũc eſt vera virtus: qñ ꝛ oĩa bona quib⁹ bene vtiẽ et q̇cq̇d in bono vſu bonoꝝ ꝛ maloꝝ facit: ꝛ ſeipam ad eũ finẽ refert vbi nob talis ꝛ tãta pax erit: qua melioꝛ ꝛ maioꝛ eſſe nõ poſſit.

Quapropẽ poſſum⁹ dicere fi Ca.XI nes bonoꝝ nroꝝ eſſe pacẽ: ſicut ęternam diximus vitã: pſertim qꝛ ipi ciuitati dei de qua nobis eſt iſta operoſiſſima diſputatio in ſancto diciẽ pſalmo. Lauda hieruſalẽ dñm: lauda deũ tuũ ſyon. Qm̃ cõfortauit ſeras portaꝝ tuarũ: bñdixit filios tuos in te. Qui poſuit fines tuos pacẽ. Qm̃ cõfirmate fuerũt ſere portaꝝ ei⁹: iã in illã nullus intrabit: nec ab illa vllus exibit. Ac ꝑ h fines ei⁹ eã debem⁹ hic intelligere pacẽ: quã volum⁹ demõſtrare finalẽ. Nã ꝛ ipius ciuitatis myſticũ nomẽ id eſt hierlm: qđ vt añ iã dixim⁹ viſio pacis interꝑtaẽ. Sʒ qm̃ pacis nomẽ etiã in his rebus mortalib⁹ frequẽtaẽ: vbi vtiq; nõ eſt vita ęterna: ꝓpterea finẽ ciuitatis hui⁹ vbi erit ſummũ bonũ eius: ęternã vitã maluim⁹ cõmemorare: q̃

Ps.j47

Roma. 6 pacē. De q̄ fine apoſtolus ait. Nunc vero
liberati a pctō: ſerui aūt facti deo: habetis
fructū vr̄m i ſctificationē: finē vo vitā eter
nā. Sꝫ rurſuſ q: vita eterna ab eis q̄ famili
aritatē nō habēt cū ſcripturiſ ſctis: pōt acci
pi etiā maloꝝ vita: vel ſm̄ q̄ſdā etiā ph̄os
ꝓpter aīe imortalitatē: vel etiā ſm̄ fidē no
ſtrā ꝓpter penas interminabiles impioꝝ:
q̄ vtiq̄ꝫ in eternū cruciari nō poterunt niſi
etiā vixerint in eternū: ꝑfecto finis ciuita-
tis hui⁹ in q̄ ſūmū habebit bonū: vl' pax in
vita eterna: vel vita eterna in pace dicēd⁹
eſt: vt facili⁹ ab hoibus poſſit intelligi. Tā
tū eſt em̄ pacis bonū: vt etiā in reb⁹ terre-
nis atq̄ꝫ mortalib⁹ nihil grati⁹ ſoleat audi-
ri: nihil deſiderabili⁹ ꝯcupiſci: nihil poſtre
mo poſſit meli⁹ inueniri. De q̄ ſi aliquāto
diuti⁹ loq̄ voluerim⁹: nō erim⁹ quātū arbi-
troꝛ oneroſi legētib⁹: ⁊ ꝓpt' finē ciuitat' hu
ius de q̄ nobis ſermo ē: ⁊ ꝓpter ipſam dulce
dinē pacis q̄ oibus cara eſt. Ca. XII

Quod em̄ quiſq̄ꝫ mecū res humanas
naturāq̄ꝫ cōem vtcūq̄ꝫ intuet' agnoſ-
cit. Sicut em̄ nemo ē q̄ gaudere nolit: ita ne-
mo ē q̄ pacē habere nolit. Qñquidē ⁊ ipſi
q̄ bella volūt: nihil aliud q̄ꝫ vincere volūt:
ad glorioſā ergo pacē bellādo cupiūt ꝑue-
nire. Nā q̄d eſt aliud victoria: niſi ſbiectio
repugnantiū? Qđ cū factū fuerit: pax erit.
Pacis igit' intētione gerunt' ⁊ bella: ab his
etiā q̄ virtutē bellicā ſtudent exercere iperan
do atq̄ꝫ pugnādo. Vñ pacē ꝯſtat belli eſſe
optabilē finē. Omnis em̄ homo etiā belli-
gerādo pacē req̄rit: nemo aūt bellū pacifi
cādo. Nā ⁊ illi q̄ pacē in q̄ ſūt ꝑturbare vo
lūt nō pacē oderūt: ſꝫ eā ꝑ arbitrio ſuo cu-
piūt cōmutari. Nō ḡ vt ſit pax nolūt: ſꝫ vt
ea ſit quā volūt. Deniq̄ꝫ ⁊ ſi ꝑ ſeditionē ſe
ab alijs ſepauerint: cū eis ipis ꝯſpiratis vl'
cōiuratis ſuis: niſi q̄lemcūq̄ꝫ pacis ſpeciē
teneant: nō efficiūt qđ intendūt. Proinde
latrones ipi vt vehemēti⁹ ⁊ tuti⁹ infeſti ſint
paci ceteroꝝ: pacē volūt habere ſocioꝝ.
Sꝫ etſi vnus ſit tā ꝑpollēs virib⁹ ⁊ ꝯſcius:
ita cauēs vt nulli ſocio ſe cōmittat: ſoluſq̄ꝫ
inſidiās ⁊ ꝑualēs quib⁹ potuerit oppſſis ⁊
extinctis ꝑdas agat: cū eis certe q̄s occide
re nō pōt: ⁊ quos vult latere qđ facit: q̄lem
cūq̄ꝫ vmbrā pacis tenet. In domo aūt ſua
cū vxore: cū filijs: ⁊ ſi quos alios illic habet
ſtudet ꝑfecto eſſe pacatus: eis q̄ppe ad nu
tū obtemꝑantib⁹ ſine dubio delectat'. Nā
⁊ ſi non fiat: indignat': corripit: vindicat: ⁊
dom⁹ ſue pacē ſi ita neceſſe ſit etiā ſeuiēdo
cōponit: quā ſentit eſſe nō poſſe:
niſi cuidā ꝑncipio qđ ipe in domo
ſua eſt: cetera in eadē domeſtica
ſocietate ſubiecta ſint. Ideoq̄ꝫ ſi
offerret' ei ſeruit⁹ pluriū: vel ciuita
tis vel gētis: ita vt ſic ei ſeruirent
quēadmodū ſibi domu ſue ſeruire
volebat: nō ſe iā latronē latebris
ꝯderet: ſꝫ regē ꝯſpicuū ſblimaret:
cū eadē i illo cupiditas ⁊ malicia
ꝑmaneret. Pacē itaq̄ꝫ cū ſuiſ om
nes habere cupiunt: q̄s ad ſuū ar
bitriū volūt viuere. Nā ⁊ cū qui-
bus bellū gerūt ſuos facere ſi poſ
ſūt volūt: eiſq̄ꝫ ſubiectis leges ſue
a pacis imponere. Sed faciamus
aliquē qualē canit poetica ⁊ fabu
loſa narratio. Quē fortaſſe ꝓpter
ipſam inſociabilē feritatē ſemiho-
minē: q̄ꝫ hoiem dicere maluerūt.
Cuius ergo hui⁹ regnū dire ſpelū
ce fuerit ſolitudo: tāq̄ꝫ malicia fue
rit ſingularis: vt ex hac ei nomen
inuentū ſit: nā malus grece cacos
dicit': qđ ille vocabat': vt nulla cō
iunx ei blande ferret: referretq̄ꝫ ſer
monem: nullis filijs vel alluderet
ꝑuulis: vel grādiuſculis imꝑaret:
nullo amici colloquio frueret': nec
vulcani prīs: q̄ vel hunc tantū nō
parū felicioꝛ fuit: q: tale monſtrū
ipe non genuit: nihil cuiq̄ꝫ daret:
ſꝫ a q̄ poſſet quicq̄d vellet ⁊ quan-
tū ⁊ qñ poſſet: ⁊ quātū vellet aufer
ret. Tamē in ipa ſua ſpelunca ſoli
taria cui⁹ vt deſcribit' Sēꝑ recēti
Cede tepebat hum⁹: nihil aliđ q̄ꝫ
pacē volebat. In q̄ nemo illi mole
ſt⁹ eſſet: nec ei⁹ q̄etē vis vlli⁹ terroꝛ
q̄ꝫ turbaret. Cū corꝑe ſuo deniq̄ꝫ
pacē habere cupiebat: ⁊ q̄ntū ha-
bebat: tm̄ illi bñ erat. Qñ q̄dē mē-
bris obtēperātib⁹ iꝑabat: ⁊ vt ſuā
mortalitatē aduerſū ſe ex indigen
tia rebellātem: ac ſeditionē famis
ad diſſociandā atq̄ꝫ excludēdā de
corpore aīam ꝯcitantē: quāta poſ
ſet feſtinatione pacaret. rapiebat:
necabat: vorabat: ⁊ q̄uis imanis
ac ferus: paci tm̄ ſue vite ac ſalut'
imaniter ac ferocit' cōſulebat. Ac
ꝑ hoc ſi pacē quā in ſua ſpelunca
atq̄ꝫ in ſe ipo habere ſatagebat: cū
alijs etiā habere vellet: nec mal⁹:

a Nota q' fingit' q̄dā mōſtrū fuiſſe cuomens ignē ꝑ os noie cac⁹. manebat aūt i auētino mōte ſpoliās et occidens homies ⁊ furto plurimū idulgens. De caco ſcribit Virgili⁹ eneidos libro. viij. iſto mō. Hic ſpelūca fuit vaſto ſb mora receſſu Semihominiſ caci facieſ quā dira tegebat. Sol' in acceſſaꝫ radijs ſeꝑq̄ꝫ recenti Cede tepebat hum⁹ foribus affixa ſupbis Ora virū triſti pendebat pallida tabo. Huic mōſtro vulcanus erat pater iſtius atros. Ore vomēſ igneſ magna ſe mole ferebat.

h

nec monſtrũ: nec ſemihomo vocaretur. Aut ſi eius corporis forma: et atrocũ ignium vomitus ab eo deterrebat hominũ ſocietatẽ: forte non nocẽdi cupiditate: ſʒ viuẽdi neceſſitate ſeuiebat. Verũ iſte nõ fuerit vel qđ magis credendũ eſt: talis nõ fuerit qualiſ vanitate poetica deſcribit. b Niſi eñi nimis accuſaretur cacus: parũ hercules laudaretur. Talis ergo homo: ſiue ſemihomo meli⁹ vt dixi creditur nõ fuiſſe: ſicut multa figmẽta poetarũ. Ipſe eñi ſeuiſſime fere: vnde ille partẽ habuit feritatis: nã ꝛ ſemiferus dict⁹ eſt: genus ꝓpriũ quadã pace cuſtodiuit coeũdo: gignẽdo pariendo: fetus fouẽdo: atqꝫ nutriẽdo: cũ ſint plereqꝫ inſociabileſ ꝛ ſoliuage: nõ ſcilicet vt oues: cerui: colũbe: ſturni: apes: ſed vt leones: vulpes: aquile: noctue. Que eñi tigris nõ filijs ſuis mitis imurmurat: ꝛ pacata feritate blandit̃? Quis miluus ꝛ quantũlibet ſolitari⁹ rapinis circũuolet: nõ ꝯiugium copulat: nidũ cõgerit: oua cõfouet: pullos alit: ꝛ quaſi cuʒ ſua matrefamilias ſocietatẽ domeſticam quãta poteſt pace cõſeruat? Quãtomagiſ homo fert̃ quodam modo nature ſue legib⁹: ad ineundã ſocietatẽ paceqꝫ cũ hoĩbus qñtũ in ipſo eſt oĩbus obtinendã: cuʒ etiã mali ꝓ pace ſuoꝝ belligerent: oĩeſqꝫ ſi poſſent ſuos facere velint: vt vni cuncti ꝛ cuncta deſeruiãt: quo pacto niſi vt in eius pacẽ vel amando: vel timendo cõſentiãt? Sic eñi ſuperbia peruerſe deũ imitatur. Deũ nanqꝫ odit cũ ſuis ſocijs nõ equalitatẽ ſub illo: ſʒ imponere vult ſocijs dñationẽ ſuã ꝓ illo. Odit ergo iuſtã pacẽ dei: ꝛ amat iniquã pacẽ ſuam. Non amare tñ qualẽcũqꝫ pacẽ nullo mõ poteſt. Nullũ quippe vitiũ ita contra naturã eſt q̃ꝫ vt nature deleat etiã extrema veſtigia. Itaqꝫ paceʒ iniquorũ in paci cõparatiõe iuſtoꝝ: ille videt: nec pacẽ eſſe dicendã: qui nouit ꝓponere recta prauis: ꝛ ordinata ꝑuerſis. Qđ aũt etiam peruerſũ ẽ: hoc neceſſe eſt vt in aliq̃ ꝛ ex aliqua: ꝛ cũ aliqua rerũ ꝑte pacatum ſit: in quib⁹ eſt: vel ex quib⁹ cõſtat. Alioquin nihil eſſet oĩno. Velut ſi quiſqꝫ capite deorſũ pendeat: ꝑuerſus eſt vtiqꝫ ſitus corporis: et ordo mẽbrorũ: q2 id qđ deſuꝑ eſſe natura poſtulat: ſubt⁹ eſt: ꝛ qđ illa ſubter vult eſſe: deſuꝑ factũ eſt. Cõturbabit carnis pacem iſta ꝑuerſitas: ꝛ ideo ẽ moleſta. Verũtamẽ anima corpi ſuo pacata eſt: ꝛ ꝓ eius ſalute ſatagit: ꝛ ideo eſt qui doleat. Que ſi moleſtijs eius excluſa diſceſſerit q̃ꝫdiu mẽbroꝝ manet cõpago nõ ẽ ſine quadã ꝑtiũ pace qđ remanet: ꝛ ideo adhuc ẽ qui pẽdeat: et q terrenũ corpus in terrã nitit̃ ꝛ vinculo q̃ ſuſpẽſũ eſt renitit̃: in ſue paci ordinẽ tẽdit: ꝛ locũ quo requieſcat quodãmõ ponderis voce poſcit: iãqꝫ exanime ſine vllo ſenſu: a pace tñ naturali ſui ordinis non recedit: vel cũ tenet eã: vel cũ fertur ad eã. Si eniʒ adhibeant̃ medicamẽta atqꝫ curatio: que formã cadaueri diſſolui dilabiqꝫ nõ ſinat: adhuc pax quedã ꝑtes partib⁹ iungit: totãqꝫ molẽ applicat terreno ꝛ cõuenienti: ac ꝑ hoc loco pacato. Si aũt nulla adhibeat̃ cura cõdiendi ſed naturali curſui relinquatur: tãdiu quaſi tumultuat̃ diſſidentib⁹ exhalationibus ꝛ noſtro incõuenientib⁹ ſenſui. Id eñi eſt q in putore ſentitur: donec mũdi conueniat elementis: ꝛ in eoꝝ paceʒ ꝑticulatiʒ paulatimqꝫ diſcedat. Nullo mõ tamen inde aliquid legibus ſũmi illius creatoris ordinatoriſqꝫ ſubtrahit̃: a quo pax vniuerſitatis adminiſtratur. Quia ꝛ ſi de cadauere maioris animantis animalia minuta naſcant̃: eadem lege creatoris queqꝫ corpuſcula in ſalutis pace ſuis animalib⁹ ſeruiũt: Et ſi mortuoꝝ carnes ab alijs animalib⁹ deuorent̃: eaſdẽ leges ꝑ cuncta diffuſas ad ſalutẽ generis cuiuſqꝫ mortaliuʒ cõgrua cõgruis pacificãtes quaquauerſũ trahantur: ꝛ rebus q̃buſcũqꝫ iungant̃: ꝛ in res quaſlibet conuertantur ꝛ cõmutentur inueniunt.

Ca. XIII

Pax itaqꝫ corporis ẽ ordinata tẽperatura ꝑtium. Pax anime irrationalis: ordinata requies appetitionũ. Pax anime rationalis: ordinata cognitiõis actiõiſqꝫ cõſenſio. Pax corporis ꝛ anime: ordinata vita ꝛ ſalus animãtis. Pax hoĩs mortalis ẽ dei imortalis ordinata in fide ſub eterna lege obediẽtia. Pax hoim: ordinata concordia. Pax domus: ordinata imperãdi atqꝫ obediẽdi ꝯcordia cohabitãtiũ. Pax ciuitat̃: ordinata imperãdi atqꝫ obediẽdi

b Narrat virgili⁹ vbi ſuꝑ ſcilʒ. viij. eneid. q cũ veniret hercules de hiſpania interfecto tergoriõe rege hiſpanie ducẽs armenta bouʒ: iſte cacus q̃ttuor tauros ac totidẽ iuuẽca furatuſ ẽ: ꝛ ne furtuʒ ſuum pateret: traxit illoſ boueſ per caudas in antrũ ſuũ vt ſi apparerent veſtigia niſi retrouerſa: hercules autẽ quereſ armẽta ſua ꝓximo deluſus tandẽ ꝑ mugitũ tauri vnius deꝑhẽdit furtuʒ ꝛ extrahẽſ cacum de ſpelunca ſua interfecit eũ ꝛc.

cõcordia ciuiũ. Pax cęleſtis ciuitatis: or-
dinatiſſima ⁊ cõcordiſſima ſocietas fruẽdi
deo: ⁊ inuicẽ vidẽdi deũ. Pax omniũ rex
tranquillitas ordinis. Ordo eſt pariũ diſ-
pariũq; rerũ ſua cuiq; loca diſtribuens diſ
poſitio. Proinde miſeri inquantũ miſeri:
vtiq; in pace nõ ſunt. Trãquillitate quidẽ
ordinis carẽt: vbi ꝑturbatio nulla eſt. Ve-
rũtamẽ quia merito iuſteq; miſeri ſũt: in ea
ꝗ̃ ipſa ſua miſeria ꝑter ordinẽ eſſe nõ poſ-
ſunt. Nõ quidẽ cõiuncti beatis: ſed ab eis
tñ ordinis lege ſeiuncti. Qui cũ ſine ꝑtur-
batiõe nõ ſint: rebus quib⁹ ſunt q̃ntacũq;
ꝯgruẽtia coaptãtur. Ac ꝑ hoc ẽ in eis ordi
nis nõnulla trãquillitas: ineſt ergo nõnul-
la pax. Verũ ideo miſeri ſunt: q2 ⁊ ſi in aliq̃
ſecuritate nõ dolent: non tñ ibi ſunt vbi ſe
curi eſſe ac dolere nõ debeãt. Miſeriores
aũt ſi pax eis cũ ipſa lege nõ eſt: qua natu-
ralis ordo adminiſtrat. Cuʒ aũt dolent ex
qua parte dolẽt: pacis ꝑturbatio facta eſt.
In illa vero adhuc pax eſt: in qua nec do-
lor vrit nec cõpago ipſa diſſoluit. Sicut er-
go eſt quędã vita ſine dolore: dolor aũt ſi-
ne aliqua vita eſſe nõ põt: ſic eſt pax q̃dam
ſine vllo bello: belluʒ vero eſſe ſine aliqua
pace nõ põt: nõ ſcd̃m id qđ bellũ eſt: ſ; ſcḿ
id qđ ab eis vł in eis geritur: q̃ aliq̃ naturę
ſunt: qđ nullo mõ eſſent ſi nõ qualicũq; pa
ce ſubſiſterẽt. Qua ꝓpter natura eſt in qua
nullũ malũ eſt: vel etiã in qua nullũ põt eſ
ſe malũ. Eſſe aũt natura ĩ qua nullũ bonũ
ſit nõ põt. Proinde nec ipſius diaboli na-
tura inquãtũ natura ẽ malũ eſt: ſ; ꝑuerſitaſ
Job. 8 eã malã facit. Itaq; in veritate nõ ſtetit: ſ;
veritatis iudiciũ non euaſit: q2 in ordinis
trãquillitate nõ manſit: nec ideo tñ a pote-
ſtate ordinatoris effugit. Bonũ dei qđ illi
eſt in natura: nõ eũ ſubtrahit iuſticię dei: q̃
ordinat in pęna: nec ibi deus bonũ inſeq̃-
tur qđ creauit: ſ; malum quod ille cõmiſit.
Neq; eñ totũ aufert qđ naturę dedit: ſed
aliq̃d adimit: aliquid relinquit: vt ſit q̃ do-
leat qđ adimit: ⁊ ipſe dolor teſtimoniũ ẽ bo
ni adẽpti: ⁊ boni relicti. Niſi eñ bonũ reli
ctũ eſſet: bonũ amiſſũ dolere nõ poſſet. Nã
qui peccat peior eſt: ſi lętat in dãno ęquita
tis. Qui vero cruciatur: ſi inde nihil acqui
rat boni: dolet damnũ ſalutis. Et qm̃ ęqui
tas ac ſalus vtrũq; bonũ eſt: boniq; amiſſi
one dolendũ eſt poti⁹ ꝙ̃ lętandũ: ſi tñ non
ſit cõpenſatio melioris. Melior ẽ aũt ani-
mi ęquitas ꝙ̃ corporis ſanitas. Profecto
ꝯuenienti⁹ iniuſtus dolet in ſupplicio: ꝙ̃ lę-
tatus eſt in delicto. Sicut ergo lęticia deſer
ti boni in peccato teſtis eſt volũtatis malę
ita dolor amiſſi boni in ſupplicio teſtis ẽ na
turę bonę. Qui eñ dolet amiſſam naturę
ſuę pacẽ ex aliquib⁹ reliquijs pacis id do-
let: quib⁹ fit: vt ſibi amica natura ſit. Hoc
aũt ĩ extremo ſupplicio recte fit: vt iniqui ⁊
impij naturaliũ bonoꝝ dãna in cruciatib⁹
defleant ſentiẽtes eoꝝ ablatorẽ iuſtiſſimuʒ
deũ: quẽ ꝯtempſerũt benigniſſimũ largito
rẽ. Deus ergo naturarũ oĩm ſapiẽtiſſimus
ꝯditor ⁊ iuſtiſſimus ordinator: qui terreno
rũ ornamentoꝝ maximũ inſtituit mortale
genus hũanuʒ: dedit hominib⁹ quędã bo
na huic vitę ꝯgrua: id ẽ pacẽ temporalẽ ꝓ
modulo mortalis vitę: in ipſa ſalute ⁊ inco-
lumitate ac ſocietate ſui generiſ: ⁊ quęq; hu
ic paci vel tuendę vel recuꝑãdę neceſſaria
ſunt: ſicut ea q̃ apte ac cõueniẽter adiacẽt
ſenſib⁹: lux iſta viſibiliſ: aurę ſpirabiles: aq̃
potabiles: ⁊ q̃cquid ad alendũ vel tegẽdũ
curandũ ornandũq; corp⁹ cõgruit: eo pa-
cto ęquiſſimo: vt q̃cũq; mortalis talib⁹ bo
nis paci mortaliũ accõmodatł recte vſus
fuerit: accipiat ãpliora atq; meliora: ipſam
ſcilicet imortalitatis pacẽ: eiq; cõuenientẽ
gloriã ⁊ honorẽ in vitã ęternã ad fruendũ
deo: ⁊ ꝓximo in deo: q̃ aũt ꝑperã: id ẽ iniu
ſte: nec illa accipiat ⁊ h̃ amittat. Ca. XIIII

OMnis igitur vſus rerũ temporalium
refertur ad fructum terrenę pacis in
ciuitate terrena: in cęleſti autem ciuitate
refertur ad fructum pacł ęternę. Quapro-
pter ſi irrationalia eſſem⁹ animantia: nihil
appeterem⁹ pręter ordinatã tẽꝑaturã par-
tiũ corporis: ⁊ requiẽ appetitionũ: nihil er-
go pręter quietẽ carnis ⁊ copiã voluptatũ
vt pax corꝑis ꝓdeſſet paci animę. Si eniʒ
deſit pax corporis impedit etiã rationalis
pax animę: quia requiẽ appetitionum cõſe
qui ñ põt. Vtrũq; aũt ſimul ei⁹ paci ꝓdeſt
